







FRAGMENTA

HÖSTLANGÆ

ET

THORSDRAPÆ,

ETHNICOROM A SECULO IXno ET Xmo CARMINUM,

EX

EDDÆ SNORR. CODD. REGIO ET WORM. MEMBRANEIS, ALIISQVE CHARTACEIS,

NUNC PRIMUM EDITA,

VERSIONIBUS ET NOTIS ILLUSTRAVIT

SKULIUS THORDI THORLACIUS,

Scholae Metropolitanae Rector, Regi a Consil. just. Societat. Reg. Scient. Havniens. et Nidros. nec non Societ. Antiqvar. Londin. etc. Sodalis.

HAVNIÆ,

Typis C. H. Seidelini.

MCCMI.

SCANDICARUM ANTIQVITATUM

ÆSTIMATORIBUS ET CONSULTIS

S A C R U M.

Observo peregrina, nec illa domestica temno.

L. S.

Carmen *Höstlanga*, cnjus duo fragmenta, prius nunqvam edita, publici nunc fiunt juris, auctorem habent *Thiodolfum Hvinensem*, cui insignia de Septentrionis ethnici historia et poësi merita tantam nominis celebritatem pepererunt, ut priscos inter vates, qvorum foetus ingenii ætatem tulerunt, post *Starchaterum* et *Bragium*, principe dignus loco videatur. Hic nimirum ille est Thiodolfus, qvi in gratiam *Ragnvaldi Humeros-alti*, Vestfoldiæ principis, carmen *Ynglingatal* composuit, in qvo stemma regum Svesiæ ab ipso Odino ad Ragnvaldum usqve ita pertexuit, ut regum singulorum, qvos XXX. recensuit, et mortis genus, et locum sepulturæ indicaverit; qvo factum, ut historiæ borealis scriptori *Snorrio*, in antiqva Ynglingorum historia, qva vetustissima qvævis septentrionis notitia ceu basi et fundamento innititur, conscribenda si non unicam, certe præcipuam facem prætulerit. Huic igitur poëtæ ea laus debetur, ut in spissa, et fabularum spectris infesta temporis heroici caligine lumen historicum primus accenderit. Floruit autem Thiodolfus in aula *Haraldi Pulchricomi*, eumqve apud hunc principem amicitiæ gradum tenuit, ut carissimæ conjugis filium *Gudrödum Liomium* vati nostro educandum prudentissimus rex commiserit; qvin etiam, ubi post obitum matris Liomium cum fratribus aula pro-

hibuerat, Thiodolfi nostri, pro alumno intercedentis, precibus atqve monitis tantum dedit, ut filios ante proscriptos in gratiam reciperet Haraldus, flecti cæteroqvin haud sane facilis. Hæc omnia, qvæ de Hvinensi vate in *Heimskringla* Snorrius perhibet, evidenter ostendunt, auctorem Höstlangæ suo non solum principi carissimum, verum etiam magnæ inter populares dignationis virum fuisse. In Catalogo poëtarum, vulgo *Skaldatal* dicto, typis jam aliqvoties publicato, inter aulicos Pulcricomi poëtas primo Thiodolfus noster loco ponitur. Indignum igitur visum, si istæ a tanto poëta, et cui tantum aqvilonaris cana debet Clio, poëmatis, qvæ adhuc supersunt, laciniæ prorsus intercidérent.

Per annos autem Pulchricomi, qvi armorum felicitate totius Norvegiæ imperium primus occupavit, et vatis et carminis ætas accurate satis definiri potest. Nimirum seculi IX. anno LXIIItio patri *Halfdano Nigro* successit rex Haraldus, ipse tum decennis, et ad seculi Xmi annum XXXVI. qvo octogenario major decessit, ætatem et imperium prorogavit. *Cædem Ragnvaldi*, Mæriarum Comitis, qvi *Rolfi*, primi Normanniæ Ducis erat pater, si ad sec. IXni annum XCIIIm, et regis Haraldi cum Ragnhilda nuptias, ad annum proxime seqventem cum Schöningio retuleris, postremo hoc anno Thiodolfus *Snæfridæ* filiis patrem propitiavit. Hoc vero tempore Hvinensis noster præ senio canus a Snorrio describitur; qvod si igitur juvenis, aut ætate saltem florens Höstlangam fuerit commentus, eo tendunt omnia, ut dicti poëmatis natales ad medium circiter sec. IXni re-

ferendos condoceant. Hinc colligere licet, ætatem Höstlangæ sacra Christiana a Norvegis publice recepta, qvod seculo Xmo ad exitum vergente factum constat, sesqviseculo admodum antevertisse, et ad nongentos et qvinqvaginta fere annos sese nunc extendere.

Titulus, qvem carmini indidit poëta, autumnali illud tempore factum innuit; Höstlanga enim *s. Havstlavng*, *Autumnalem longam*, scilicet cantilenam significat. Prælongum fuisse poëma, et XX, qvæ utrumqve fragmentum conficiunt, strophis, multo prolixius, et carminis nomen indicat, et credere jubent alia. Ubi enim laudes et gesta *Thori Fulminantis*, metrice deprædicanda in se susceperat poëta, tam arctum sibi spatium nevtiqvam circumscripturus fuisse videtur, ut intra *Gigantomachiam Hrungnerianam* et *Cædem Thiassii*, *Idunæ raptoris*, se compesceret, cum reliqva tot et tanta dei borealium tunc principis facinora tam uberem canendi materiem hymnistæ suppeditarent. Prætcrea qvatuor illi, a qvibus fragmentum secundum incipit, *versus* utpote *intercalares*, ostendunt, carminis illud segmentum, qvod ii claudere debuerunt, a fragmento, qvod exstat, diversum desiderari, cum utrumqve alias fragmentum superstes in eosdem fere hos versus desinat, qvod suo infra loco notabimus.

Qvantillum autem Höstlangæ reliqvum est, *Eddæ recentiori* s. *prosaicæ* debetur, cujus auctor Snorrius, hæc carminis Thiodolfiani segmenta, non secus ac in Heimskringlæ Historia alterum poëtæ carmen *Ynglingatal*, s. *Stemma Ynglingorum*, cum præclara vatis Nor-

vegi memoria ad posteros propagavit. Snorrianum illud opus eddicum veterum Borealium *Mythologiam* et *Poëticen* continet, qvarum illa, mythicas complexa fabulas, *Edda* speciatim dicitur, hæc *Skalda* appellari solet. Hanc Eddam Havniæ anno MDCLXV. edidit *P. J. Resenius*, non qvalem reliqverat auctor Snorrius, sed a recentiore manu digestam, et in ordinem usibus poëtarum magis accommodum redactam. Caret hæc editio tantum non omnibus, qvibus ad mythos illustrandos suum opus Snorrius interstinxerat, carminibus antiqvis, carminumqve versiculis; fabulas vero sistit plerasqve. Has ergo fabulas, ad qvas in notulis aliqvoties provocavimus, et qvarum LVta et LVIta priori, sed LI. et LII. posteriori fragmento respondet, consulat oportet lector, qvo mentem poëtæ mythologi facilius penitiusqve perspicere qveat.

Eddæ autem, qvæ a Sturlæsonii, si *prologum*, et *de Orthographia*, *figuris ac metris tractatum* exceperis, manu profecta est, nostro ineunte seculo duo Havniæ codices membranei fuerunt, qvorum unum *Brynjolfi Svenonii*, Skalholtensis Episcopi, dono dudum adepta est Regia, qvam etiamnunc ornat, Bibliotheca, unde *Membrana Regia* vocatur; alteram *Arngrimus Jonæ* ex Islandia muneri miserat *O. Wormio*, a cujus nomine *Membrana Wormiana* deinceps est appellata. Post obitum patris in *Wilh. Wormii*, et exinde in *Arnæ Magnæi* possessionem descendit, ac fatali demum, qvod anno hujus seculi XXIIX Havniam vastavit, incendio, cum tot aliis antiqvitatum patriarum monumentis periit. Co-

dicem tamen accurate prius exscribendum ultimus possessor curaverat. Has duas membranas, ni fallor, matres agnoscunt, qvotqvot Havniæ aut in Islandia hodie supersunt *Eddæ Snorrianae*, *invariatæ* scilicet, exemplaria. Ut antiqvior, ita longe correctior et præstantior est Codex Regius, et circa annum MCCCLX. ab harum rerum peritis exaratus creditur. Wormianus autem spuriis, qvæ a Snorrio non sunt, auctior atqve locupletior, orthographiam, lectionumqve pravitatem arguit longe seqviorem, et Codice Regio integro admodum seculo inferior existimatur.

In interpretandis edendisqve his *Höstlangæ* fragmentis uti mihi licuit exscripto Codicis Regii satis accurato; insuper copia mihi fuit exemplaris chartacei, in qvo Edda Wormiana, ex ipsa membrana ante incendium sibi fatale descripta, cum Membrana Regia anno hujus seculi LIIX. magno cum labore et cura Havniæ fuit collata, et lectionis varietate instructa.

Codicem Regium, nisi qvoties aut manifestis scriptionis sphalmatibus laborat, aut lacunis est interruptus, aut sensus deniqve difficultate nimis offendit, *Höstlangæ* fragmenta seqvuntur; ita tamen, ut Wormianus in consilium ubiqve sit adhibitus. Præter horum codicum exscripta, plures etiam chartæ fuerunt ad manum, et has inter Codicis Wormiani exscriptum, mihi ex Islandia dudum transmissum, cujus margini adscriptæ fuerunt lectiones variæ, maxima qvidem sui parte ex Codice Regio desumtæ, ineptientes multæ, verum etiam aliqvot, qvæ,

me judice, membranis chartisve debentur, vel ipso Codice Regio antiqvioribus, certe non inferioribus.

Notis, qvibus verba aut argumentum antiqvi hujus poëmatis explicatum ivimus, subjunctæ sunt *Lectiones Variæ*, qvæ, qvatenus Codici Regio, *C. R.* Wormiano, *C. W.* vel aliis debentur, *C. T.* vocabuntur. Harum nonnullas librariorum incuriam aut imperitiam fudisse etsi non diffitear, intercurrent tamen aliæ, qvas ad veritatem sensus eruendum atqve investigandum non levis esse momenti rerum peritus lector æstimabit.

Havniæ, idib. Octobr. MDCCXCIX.

ANTIQVITATUM BOREALIUM

OBSERVATIONES MISCELLANEAE.

SPECIMEN SEXTUM.

ETHNICI IN LAUDEM THORI PAEANIS,

VULGO Høstlang DICTI,

FRAGMENTA DUO,

CUM

EXPLANATIONE MYTHICO-PHILOLOGICA.

VR

HAVSTLAVNG

ÞIÒDOLFS HINS HVÌNVERSKA.

VM

HRVNGNIR OC ÞÒR.

Str. I.

Edr ofser er iötna
òtti let ofsòttan
hellis bavrva hyriar
havg griòtùna bavgi.
òk at ìsarnleiki
iardar svnr en dvndi
mòdr svall meila blòda
màna vegr vnd hànvm.

HÖSTLANGA,

THIODOLFI HVINENSIS POËMA.

FRAGMENTUM I.

DE

Conflictu Thori Hrungneriano.

I.

Redigo: Edr (*pro* enn) ofser, er ótti iötna let ofsóttan griótúna havg hyriar bavgi hellis bavrva. Mòdr svall meila blòdá; iardar svnr òk at ìsarnleiki, en mána vegr dvndi vnd hànvm.

Interpretor: Etiamnum rei (gestæ) monumenta visuntur, cum gigantum terror (*Thorus*) igneo saxicolarum hoste (*Miölnero s. fulmine*) Griotunagardum impetivit. Tellure natus (*Thorus rheda*) vectus est ad telorum colludium (*pugnam*); animus æstuavit Meilii fratri (*Thoro*), sed lunæ via (*coelum s. æther*) sub illo intonuit.

II.

Knàttv avll en vllar
endilàg fyri màgi
grvnd var grapì hrvndin
ginnùnga ve brinna.
þà er hofregin hafrir
hògreidar framdrògv
sedr geck svavlnis eckia
svndr at hrvngnis fvndi.

III.

Þyrndit baldrs ofbarmi
berg sòlgnvm þar dòlgi
hristvz biavrg oc brvstv
brann vpphimin manna.
Miök frà ec mòti hravckva
myrk hreins baka reinar
þà er vìgligan vavgna
vett sinn bana þetti.

2.

Red. Avll ginnùnga ve knàttv brinna, en endilàg grvnd vàr grapi hrvndin fyri màgi Ullar, þà er hògreidar hafrir framdrògv hofregin at fyndi Hrvngnis, geck Svavlnis eckia sedr (pr. senn) svndr.

Interpr. Omnia domicilia chasmatis superi (*inania regionis aëreæ*) ardebant, sed usqveqvaqve humilis terra tempestate percussa est ab Ulleri vitrico (*Thoro*). Cum templorum dominum (*Thorum*) rhedæ commodæ capri ad conventum Hrungneri protraxerunt; insimul Odini uxor (*terra*) disrupta est.

3.

Red. Baldrs ofbarmi þyrmdit þar sòlgnvm bergdòlgi manna; biavrg hristvz oc brvstv; vpphimin brann. Ec frà hreins reinar baka myrkvavgna vett miök mòti hravckva, þà er þetti sinn vìgligan bana.

Interpr. Balderi frater (*Thorus*) ibi non pepercit tumido et hominibus infesto monticolæ (*Hrungnero*); rupes concussæ dissiluerunt; æthra superior (*fulguribus*) coruscabat. Audivi lucifugarum montis balenarum (*trollorum*) faunum (*Hrungnerum*) fortiter obversum, cum suum percussorem (*Thorum*) cædi paratum agnosceret.

IV.

Bràtt flò biarga gæti
bavnd ollv þvì randa
ìmvn favlr vnd iliar
ìſs vildv sva dìsir.
Vardat havggs frà havrdvm
hravndrengr þadan lengi
triònvtravllz ofrvna
tìdr fiöllama at bìda.

V.

Fiörspillir let fàlla
fiàlfrs òlàgra giàlfra
bavlverdùngar helia
bòlm à randar hòlmi.
þar hne grvndar gilia
gramr fyri skavrpvm hamri
en bergdana bagdi
briòtr iormvnþriòti.

4.

Red. Favlr imvnranda iss flò bràtt vnd iliar biarga gæti; bavnd ollv þvì; sva vildv dìsir. Vardat hravndrengr, tìdr fiöllama, lengi þadan at bìda havggs frà havrdvm triònvtravllz ofrvna.

Interpr. Grisea et bellica clypei glacies (*clypeus ex lapide griseo factus*) mox subjecta est plantis rupium coloni (*Hrungneri*); a diis id profectum; sic parcæ voluere. Nec exinde propriæ perniciei avidus saxicola ictum ab aspero acuti mallei sodali (*Thoro*) diu exspectare habuit necesse.

5.

Red. Fiörspillir belia let falla à randar hòlmi òlagra giàlfra fiàlfrs bavlverdùngar bòlm. Gramr grvndar gilia hnè þar fyri skavrpvm hamri; en briòtr bergdana bagdi iormvnþriòti.

Interp. Belii (*gigantis*) occisor (*Thorus*) dejecit in clypei arena pugnantem nocivi celsarum et ventisonantium rupium satellitii ursum (*Hrungnerum*). Antricolarum princeps (*Hrungnerus*) acuto malleo ictus occubuit; sed montanorum gigantum comminutor (*Thorus*) contra stetit terreno nebuloni (*Hrungnero*).

VI.

Oc hardbortin heriv
heimþingvdar vingnis
hvein i hiarna mæni
hein at grvndar sveini.
þar svà edr ì òdins
òlavſs bvrar havsi
stàla vikr ofstockinn
stòd eindrida blòdi.

VII.

Àdr oc hneig i hlidvm
hàrs avlgeſnvm sàra
reidityſs it rauda
ryds heyli bavlgæli
görta lìt ec à geitis
gardi þar offardir
bavg þà er bif vm fàgda
bif kleif at þòr leiſi.

6.

Red. Oc hàrdbrotin hein vingnis heriv heimþingvdar hvein at grvndar sveini ì hiarna mæni. Þar svà vikr stàla ofstockinn blòdi eindrida stòd, edr (pr. enn) òlavfs, ì hausi òdins bvrar.

Interpr. Et duriter fracta cos giganteæ foeminæ domi confabulatoris (*Hrungneri, gigantidis mariti,*) stridens allapsa est terræ filio (*Thoro*) ad culmen cerebri (*cranium*); pumex chalybis (*cos*) stetit sparsa Eindridii (*Thori*) cruore, adhuc immota, in capite filii Odini (*Thori*).

7.

Red. Oc àdr hneig avlgefnym ì hàrs hlìdvm it ravda heylisàra reidityfs; görla lìt ec þar à gardi geitis bavlgæli; þà er vmfàgda bifleifi bifkleif ryds offardir at þòr (pr. þòrs) bavg (p. bavga).

Interpr. Et olim coram conviviorum largitoribus (*divis*) vulneris in cava penetrantis rubor (*sangvis*) demanavit per capillorum clivos rhedæ vectoris dei (*Thori*). Clare mihi repræsento ibi in arena clade gigantis lætantem (*Thorum*), cum äeris splendidum fulgur, per auras contra Thori hostem (*Hrungnerum*) emicans, rubiginis averruncam (*cotem*) discuneavit.

Ad Stropham I. *Edr* pro *enn*, dan. endnu, adhuc, auctori nostro peculiare; qvemadmodum *brudr*, pro *brunnr*, dan. Brynd, fons; *mudr*, angl. *muth*, pro *munnr*, dan. Mund, os. *Edr ser*, hodieqve videtur, subintellige, *þess merki*; phrasis est hebraica, in Codice sacro Vet. Testam. crebro obvia; cos scilicet adhuc fixa in capite Thori, conflictus Hrungneriani testis adhuc extat. *Griòtuna baug*, pro *Griòtuna gard*, hic poëta posuit, qvia *haugr*, cumulus, dan. Høy, et *gardr*, sepes, maceries, sæpe sunt synonyma. *Hellis baurvar*, antri filii, i. e. gigantes antricolæ, per hebraismum; *baurva*, gen plur. a *baurr* s. *burr*, filius. Odini medii patrem *Börr* prisci boreales vocarunt; qvo utrum ad *Ninum* Beli filium respexerint, non dixerim. Illud utiqve constat, amborum nomina in sua utrumqve lingva filium significare. *Baugr* hic dupliciter explicari potest, ita qvidem, ut Miölnerum, Thori malleum, utrinqve bene exprimat. 2) *Baugr* pro *bægir*, qvemadmodum *gautr* pro *gætir* in Thorsdrapa Eilifi, ver-

bale est, ab *ec bagi*, reluctor, resisto; cujus imperfectum, *ec bagdi*, apud auctorem nostrum stropha Vta visitur. Hoc sensu *baugr* est hostis, adversarius, antagonista, Miölnerus scilicet gigantum protritor. 2) *Bavgr*, orbis, circulus, annulus, poetice clypeus; vox gallica *bague*, annulus, hinc profecta. Verum *baugr* hic pro synonymo τῳ *hringr* positum; qvod ultimum qvoniam in nomenclaturis eddicis gladii nomen est, *hellis bavrva bavgr* est gladius giganteus, nempe Miölnerus, qvo vice gladii ad gigantes jugulandos Thorus uti svevit. Eadem ratione Virgilius fulmina vocat *tela Typhoaea*, qvibus nempe Typhæum gigantem Jupiter prostravit. *Hyrr*, gen. hyriar, ignis. Poeta Miölnerum vocat *igneum gigantum hostem* aut *telum*; qvo palam fatetur, mythicum Thori malleum, Miölnerum, nihil aliud fuisse, qvam ictum fulmineum, qvo in gigantes sævire græci romaniqve Jovem, haud secus ac boreales Thorum olim crediderunt. Hæc idcirco moneo, qvia legisse me recordor, virum cætera doctum du-

bitare vel negare, Thorum pro tonitrus numine olim a borealibus cultum fuisse. Verum hanc opinionem vel suspicionem qvid qvæso aliud, qvam ambigendi foecunda mater ignorantia peperit? De hac etenim re vel sola Thiodolfi *Höstlanga* omne legentibus et intelligentibus dubium eximit. *Jardar sunr*, terræ filius, est Thorus. Terra sub nominibus, *Fiörgynæ*, *Kiölluna* et *Hlòduna* (*Lathona*) celebris, Odino, solis deo, Thorum, roboris et fulminis numen peperisse prisca borealium mythologia docet; qvo innuerunt, qvicqvid roboris et virium animantibus aut hominibus inest, id terræ foecunditati, per solis calorem animatæ, deberi. Qvandoqvidem etiam ex terrenis vaporibus, a calore solis in sublime tractis, fulmina et tonitrua progigni animadverterunt, Odinum, i. e. solem, et terram, Thoro, tonitrus deo, parentes dedere. Hinc unoculum Odinum finxerunt, utpote solis, qvi unicus mundi oculus, numen et symbolum. *òk*. imperf. verbi *ec ek*, dan. jeg ager, curru vehor. *Isarn*, ferrum, metonymice,

qvodlibet telum; telorum ludus, *pugna* sev *conflictus* poëtis appellatur. *Meilius* inter Odini filios in Eddis numeratur; ejus igitur saltem ex patre *blòdi*, frater s. proxime cognatus erat Thorus, Odini et ipse filius. Cæterum *blòdi* ex hemistichio carminis *Höstlangae*, qvod in coeli appellationibus eddicis citatur, pro *bròdr*, qvod contextus habuit, hic reposui, ad evitandam ingratam cum voce *mòdr* homophoniam. *Mòdr*, animus. ira, dan. Mod, gr. μυθος. *Ec svell*, ferveo, imperf. *svall*; *mòdr svall hanvm*, ira ferbuit illi. *Dundi*, imperf. verbi *ec dyn*, tono. *Màna vegr*, iter s. via lunæ est *coelum*, hic pro äere sumtum. Hæc poëtæ verba ostendunt, credidisse veteres, Thorum fulgurantem per superiora äeris vectari, indeqve fulmina deorsus in gigantes jaculari.

Ad Str. II. *Endilàgr*, per totum humilis, eodem modo formatum, qvo usitatius *endilàngr*, per totum longus s. porrectus. *Ginnùnga ve*, regiones late patentis coeli. Verum eandem notionem chaotis

antemundani sibi formasse priscos boreales, ac græcos, vox ipsa *ginnùnga* gap, qvæ chaos sev chasma hiantissimum notat, et Mosaico תוהו ובוהו apprime respondet, ostendit memorabilis carminis *Voluspàae* locus:

Âr var alda	ɔ: *Mane erat seculorum,*
þat ecki var	*Cum nihil existeret;*
varat sandr ne sær	*Nec litus erat, nec mare,*
ne svalar vnnir.	*Nec gelidæ undæ.*
iörd fannz æfa	*Terra nullibi inveniebatur,*
ne vpphimin	*Nec æthra superior;*
gap var ginnvnga	*Hiatus erat patentissimus,*
en gras ecki.	*Nec uspiam gramina.*

Addit collector fabularum: "*Multis ante terram conditam seculis erat Niflheimus (mundus nebulosus), in cujus medio fons fuit, unde multi amnes scaturiebant.*" Dixeris Eddam, in v. 2. Cap. 1. Geneseos non illepide commentari; cum qvibus Hesiodæa et Ovidiana chaotis descriptio conferri meretir. Verum profundæ satis Theogoniæ et Cosmogoniæ Eddicæ voragini, qvæ confusa antiqvissimarum de rerum origine traditionum et opinionum est colluvies, longe ante Odinum Upsaliensem, cum primis horum lo-

corum incolis invecta, hic ulterius immergi nolumus. Author certe *Höstlangae* per *ginnùnga ve, vasta* coeli *inania* intelligit. *Ve* locus est sacer; hinc *ginuùuga ve* est domus omnipatentis æthræ, qvam totam *brinna*, per antithesin pro *brenna*, *ardere*, seu, ut loqvitur Maro, *crebris iguibus micare*, poeta dicit; *Ullr*, gen. *Ullar*, unus erat Deorum Odinianorum, qvi *Asir*, *Asi* vulgo dicuntur. Hic Ullerus filius erat *Sifae*, uxoris Thori, sed non ex patre Thoro; fuit igitur Thori privignus. Hinc Thorus ejus *màgr*, *affinis*, nempe vitricus, appellatur. *Màgr*, dan. *Maage*, adhuc superest in gnoma, apud *P. Syv. du skalt ei have tvende Maage til een Datter*; *unius filiae duos maritos* (*generos*) *non habeto*. Voces *mavgr*, *filius*, et *màgr affinis*, forma et significatione a se invicem probe distinqvendas, male confundit *Ragnarsqvidae* interpres, in Cantilenis Heroicis, vulgo Danske Kiæmpeviser, 4, P. V. Cant. 26. v. *Grap* tempestas; *ec hrind*, imperf. *hratt*, *impello*, *percutio*: hinc *grapi hrundin*, *tempestate percussa*. Rheda

Thori tonantis hic *hògreid*, *vehiculum commodum* dicitur, eodem fere sensu, qvo Virgilius Neptuno dedit *currum secundum*. Simili etiam ratione veteres boreales eqvum, *fararskiòti*, *itineris celeratorem*, dixerunt. *Hofregin*, vox composita ab *hof*, *fanum*, *templum*, et *regin*, *dominus*, *princeps*, item *numen*. Secundum mythologiam borealem rheda Thori fulminatrix a duobus capris, qvi hic *hafrir*, obsolete pro *hafrar*, vocantur, junctis protrahitur. *Sedr* pro *senn*, *simul*. *Svavlnir*, unum ex Odini nominibus; ejus *eckia* dan. Enke, *vidua*, hic *uxor*, est *terra*. *Fundr*, *conventus*, item *pugna*, *conflictus*.

Ad Str. III. *Barmi*, et poëtice *ofbarmi*, *frater*, *cognatus*. Balderus et Thorus ambo Odini erant filii; unde Thorus Balderi hic frater dicitur. Verbum *ec þyrmi*, imperf. *þyrmdi*, *parco*; et cum suffixo *t*. negante *þyrmdit*, *non pepercit*. *Sòlginn*, a verbo *ec svelg*, *haurio*, eum significat, qvi multum bibit, vel qvi bibendi est avidus; hinc *sòlginn*, *tumidus*, item *avidus*. *Dòlgr*,

hostis, nescio qvid agnationis cum hebr. זרה, *insectator*, habere videtur. *Bergdólgr manna*, *montanus hominum hostis* pöetæ dicitur Hrungnerus, utpote qvi vere *bergrisi*, gigas montanus fuerit. *Hreinn*, dan. Reen, Reensdyr, *machlis*, *rangifer*, *rheno*. *Rein*, unde dan. Agerreen, *area*, s. sulcus agros disterminans; rhenonum areæ s. viæ sunt *tesqva*, *solitudines*; solitudinum dorsa s. juga (*bak*) sunt *montes*; hinc mons glacie seu nive tectus, *kaldbakr*, in Gretteri Historia vocatur, ubi Anundus Lignipes cecinit, vid. Grett. S. c. x.

Hef ec lavnd oc fold frænda i. e.	*Terras solumqve natale profugus*
flyit, en hitt er nyiast.	*reliqvi; id vero nuperrimum, qvod sint*
kravpp ero kavp er ec hrepti	*mercimonia male commoda, cum (montem)*
kaldbak en let akra.	*dorso gelidum nactus sim, agris amissis.*

Vavgn, gen. pl. *vagna*, *ceti. balænae*; montium balænæ sunt *gigantes*; *myrkvavgn*, *gigantes lucifugae* sive *noctivagi*. *Vaettr* et *vettr*, *genius*, *dæmon*; inde dan. Vættelys,

ignis fatuus. Geniorum duo genera agnoverunt prisci boreales, bonos nimirum et malos; illos *biargvættir*, hos *meinvættir* appellare moris erat. Hic pöeta Hrungnerum gigantum noctivagorum *biargvætt*, *auxiliantem faunum* nuncupat; *at hravckva mòti*, *contra luctari*, *obniti*. *Ec frà*, *fando audivi*; germ. *fragen*, *sciscitari*. *Bani*, substantiv. *occisor*, item *mors*. *Vìg*, *cædes*, a verbo, *at vega*, *tollere*, *occidere;* hinc *vìgligr*, *ad cædem paratus*, cui respondet dan. drabelig. *Þetti* pro *þekti*, imperf. verbi *ec þekki*, *agnosco*; qvemadmodum *þòtti* pro *þòkti*, dan. tyktedes, *videbatur*; *sòtti* pro *sòkti*, dan. søgte, *petivit*, *aggressus est*. Ultimum versum qvidam legunt: *vatt sinn bana þatti*, qvod eodem recidit; nam *vatt* pro *vett*, et *þatti* pro *þetti*, atqve hoc iterum pro *þekti*, positum est. Qvodsi vero cum aliis, tanta enim est lectionis varietas, legere malis: *varr sinn bana þarri*, novus emergit sensus: *varr* s. *verr* est *vir*, item *propugnator*; *þarri* vero videtur esse imperfectum obsoletum verbi, *ec þori*, *au-*

deo, pro qvo nunc usitatius *þordi*, dan. *torde*, hoc scilicet sensu: *frà ec varr hieins reinar baka myrkvavgna miök mòti hravckva, þà er sinn vìgligan bana þarri*; i. e. *tradunt gigantum lucifugarum propugnatorem* (Hrungnerum) *valde obluctatum*, *cum percussorem*, *vitæ suæ imminentem*, *audax exciperet*. Vel *þarri* est imperf. verbi antiqvi, *ec þveri*, *adversor*, *reluctor*, ab adjectivo *þverr*, dan. *twær*, *contumax*, *rebellis*, in hunc sensum: *cum suum percussorem* etc. *obluctans exciperet*. Verum prima lectio, ut reliqvis simplicior, præferenda videtur.

Ad Str. IV. *Imvn* et *ómvn*, poët. *prælium*; *ravnd*, *clypeus*, vel *orbis clypei*; *randa ìs*, *clypei glacies*, etiam est *clypeus*, secundum Eddas; favlr, *pallidus*. Hrungneri clypeus poëtæ dicitur *faulr ìmvn randa ìs*, *cineracea clypei militaris glacies*, qvia clypeus ille ex lapide griseo, vulgo Graasteen, constabat. vid. Fab. *Bràtt*, adv. *cito*; *flò* imperf. verbi *ec flyg*, *volo*; *il*, plur. *iliar*, *solea*, *planta pedis*. Clypeum Hrungnerus svasu Thiàlfii pedibus subjecit:

conf. Fab. Hrungnerus ipse *biarga gœtir*, *saxicola*, et mox *hraundrengr*, *vir saxeus*, appellatur, utpote cujus et caput et cor saxeum fuit. vid. Fab. Dii Odiniani s. *Asi* communi nomine *bavnd* a poëtis vocantur. *Dìsir* etiam commune deabus nomen, qvod speciatim furiis parcisqve borealibus, qvæ *valkyrior* et *nornir* dicuntur, tribui solet; illæ enim conflictibus et præliis interesse, eorumqve exitum moderari olim credebantur. *Ec veld*, *imperf. olli*, dan. volder, *auctor* s. *causa sum*. Parcarum igitur parum amico instinctu clypeum pedibus, ut vult poëta, Hrungnerus subjecit, qvo scilicet facilius ictu Miölneri periret. *Tìdr*, adj. *freqvens*, poëtice, *avidus*, *cupidus*; *fiöllami*, *multimoda contusio*; caput enim Hrungneri ictu Miölneri minutim contusum est. vid. Fab. Fieri tamen potest, ut *fiöllami* hic pro *fiörlami*, *exitium*, *nex*, per metaplasmum poëta dixerit; *tìdr fiörlama*, *sui exitii cupidus*, properæ qvippe morti destinatus Hrungnerus dicitur; cum Thoro enim congressurus ad suam ipse mortem

properabat. *Triònvtraull*, *rostratus gigas*, est ipse Thori malleus, Miölnir dictus; priscis enim poëtis solenne, secures, uti et malleos bellicos, Stridshamre, gigantum nominibus insignire. Sic Gretterus athleta securim, qva Skeggiùm qvendam occiderat, a malleo securis *hamartravll* vocavit. Cæterum ipsa hæc denominatio, *triònvtraull*, simul ostendit, qvam formam, et bellici borealium mallei olim habuerint, et Miölnero Thori tribuerint veteres; ab una nimirum parte malleum, sive incudem, qvo icta comminuebantur, referebat; ab altera vero rostri instar acuminatus et coniformis, qva objecta perterebrabat. Id genus telum, galeis loricisqve pertundendis idoneum, *bryntravll* appellarunt, in historiis crebro obvium. *Runi*, et poët. *ofruni*, *confabulator*, *familiaris*, *socius*. Lepide poëta Thorum vocat Miölneri sodalem, qvippe qvo contra gigantes familiariter utebatur; haud secus ac *crateram* Horatius appellat *Veneris sodalem*, memor veteris: sine Cerere et Baccho friget Venus.

Ad Str. V. *Fiörspillir*, *vitæ perditor*, *occisor*. *Beli*, nom. propr. viri, ab hebr. בעל. *deus*, *dominus*, *maritus*, ut videtur, formatum. Inter gigantum appellationes eddicas non reperitur; gigantem tamen eo nomine dictum fuisse exinde concludi potest, qvod Freyrus *belia dòlgr*, *Belii hostis*, in Edda Snorriana dicatur; hostes autem deorum gigantes vulgo audiunt. Freyri hic appellationem in Thorum poëta transtulit, adjectis attributis Thoro propriis. *Hòlmr*, *insula minor*, item *arena* seu *locus certaminis singularis*; unde *hòlmgànga*, *conflictus singularis*. Poëta hic locum pugnæ *randar hòlm* appellat, eoqvod Hrungnerus clypeo insistens conflixerit, et a Thoro sit prostratus. *òlàgr*, dan. ikke lav, *non humilis*, *altus*. *Fiàlfr*, primitus *fiallbùr*, *sedes montana*, dictum fuisse videtur; inde poëtæ *b*. in *f*. mutato, novam vocem, *fiàlfr*, *montana loca*, formarunt; qvæ vox in *Thorsdrapa* etiam occurrit, et exinde montanos gigantes, *fjlvingar*, Eilifus nuncupat. *Giàlfr* pöetis *mare* vocatur, a verbo, *at gialla*,

resonare. Ob paritatem rationis montes ventis resonantes *giàlfra fiàlfr* nuncupantur. Olim hodieqve dici solet: *vindr þytr ì biörgvm*, *dan.* Vinden tuder i Biærgene, *ventis rupes resonant*. *Verdùng*, *sattellitium*; *giàlfra fiàlfrs verdùng*, sunt gigantes saxicolæ, qvi ut melius noscantur, *bavlverdùng* dicuntur, a *bavl*, *noxa*; qvippe qvi, ut deorum atqve hominum hostes, vulgo nocere student. *Bòlmr*; hanc vocem diu et frustra qvæsivi, invenisse mihi tamen videor, unde sit profecta. *Blòmr* in Eddis est *ursus*; pro *blòm* poëta posuit *bòlm*, qvo voci *hòlmi* consonaret; qvæ licentia poëtica vulgo Metathesis, auctori vero Skaldæ Metaplasmus dicitur. Gigas monticola hic ideo *ursus* vocatur, qvod ursi alias per aliqvot menses hibernos in montium cavernis impasti recubare soleant, qvi si excitentur, in homines et pecora maxime sævire dicuntur; ejusmodi ursus *hàdbiörn* olim dictus. Insuper Thiodolfus in ea parte carminis *Höstlangæ*, qvæ de Idunæ raptu agit, Thiassium gigantem *biörn*, *ursum* diserte nominat. *Grvndar gil*,

hiatus sive *fissura terræ*. *Gramr*, *rex*, *princeps*; hinc *grvndar gilia gramr*, *terræ deruptæ princeps*, a poëta compellatur ipse Hrungnerus, utpote gigas antricola. *Hne*, imperf. verbi *ec hnìg*, dan. neyer, *succumbo*, *me submitto*; *skavrpvm*, dat. pl. adj. *skarpr*, dan. skarp, *acutus*, qvod acuminatam Miölneri figuram rursus innuit. *Bergdanir*, vox in eddicis carminibus et aliis freqvens, *gigantes* significat; cujus appellationis hæc est ratio: *danir*, pro *ìòtar*, poëtæ posuere, et qvidem recte; Iòti enim sive Cimbri revera sunt Dani. *Iòtar* vero, *iötnar* et *risar* sunt appellativa gigantum nomina; unde *bergdanir* idem qvod *bergrisar*, *gigantes monticolæ*. Thorsdrapa Eilifi gigantes vocat *flòdrifs danir*, qvia scopulos maritimos, non secus ac Cyclopes Siculi, inhabitasse traduntur. In Völusteini carmine, qvod in Edda Snorriana citatur, *myrkdanir*, qvemadmodum supra Str. III. *hreins reinar baka myrkvavgu*, gigantes, qvippe fauni lucifugæ, nominantur. Gigantum *bribtr*, *fractor*, *percussor*, est ipse Thorus. *Bagdi*, imperf. verbi, *ec*

bagi, *impedio*, *renitor*, *oppugno*. *Iormun*, in compositione, est *terra*; *þriðtr*, *contumax nebulo*, dan. Trodser; nomen istud, *iðrmùnrþiðtr*, contemtus ergo Hrungnero indidit Thiodolfus, utpote giganti, specus montanæ incolæ, qvasi Troglodytam montanum diceret.

Ad Str. VI. Cotem Hrungneri poëta dicit *hardbrotin*, *duriter fractam*, qvippe qvæ a gigante excussa cum Miölnero volucris occurreret, dissiluit. *Heria*, alias *hæra*, gigantidis appellatio poëtica, qvæ vetulam s. *canam* significat; *at þìnga*, *colloqvi*, verbum in carminibus veterum, præsertim eddicis, obvium. *Vìngnir*, gigantis nomen; hinc *vìngnis heriv heimþingvdr*, *gigantidis domesticæ collocutor*, i. e. socius s. maritus auctori dicitur ipse Hrungnerus. *Hvein*, imperf. verbi, *ec hvìn*, dan. viner, *cum stridore feror*. *Sveinn*, dan. Svend, *puer*; hic *filius*, qvemadmodum græc. παις, *grvndar sveinn*, ipse Thorus, utpote terræ filius. *Mænir*, dan. Myning, *dorsum*, seu *suprema pars*

tecti, ab eminendo sic dicta; *hiarna mœnir*, *tectum s. culmen cerebri*, est *cranium* s. vertex capitis. Cotem porro auctor vocat *vikr stàla*, *pumicem chalybum*, qvos qvippo polit et exacuit. *Vikr*, *pumex*, dan. Bimsteen; qvemadmodum *gemma*, *gimsteinn*, Islandis vocatur. *Eindridi*, Thori nomen eddicum, eum notat, qvi xylosoleis labitur, ab *avndr*, *xylosolea*, et *ridi*, *qvi vehitur*. *Edr*, archaice et poëtice pro *enn*, vid Str. I., qvemadmodum *sedr* pro *senn*, Str. II. Huc etiam respexit concinnator fabulæ de Gigantomachia Thori Hrungneriana, cujus de cote hæc sunt verba: *oc stendr enn i havfdi* þòr, *et adhuc stat in capite Thori*. Voculam igitur *edr*, ex ingenio auctoris, per *adhuc* reddidimus; etsi negare nolimus, *edr* hic pro *vedr*, a verbo *ec ed*, pro *ved*, *vado*, sumi potuisse, hoc scilicet verborum ordine et sensu: *þar sva òlavfs edr i havsi òdins bvrar. vikr stàla stòd ofstockinn blodi eindrida*. i. e. *Ibi deinceps immota pervadit (penetrat) caput Odinidæ; pumex (politrix) chalybum stetit perspersa sangvine Eindri-*

dii (*Thori*). Non tamen diffiteor priorem sensum mihi magis probari.

Ad Str. VII. *Avlgefnar, potus convivalis præbitores*, dii sunt Odiniani, qvi eodem, prorsus sensu *ìölnar*, *festi convivatores* in Eddis vocantur. *Hàrs hlìdar, clivi crinium*, sunt *tempora capitis*. *Hneig*, idem qvod *hne* Str. V. imperf. verbi *ec hnìg, defluo, delabor*; *ravdr*, dan. rød, adj. *ruber*; hic nevtrum subtantive adhibetur; *it ravda*, det røde, subintellig. *blòd, sangvis*. *Heylisàr, vulnus in cava corporis penetrans*, qvod in legibus antiqvis *holundarsàr* vocatur, ab *holr*, dan. hul, gr. κοιλος, *cavus*, et *sàr vulnus*; sed si aliam lectionem secutus *heili*, pro *heyli*, reposueris, *heilisàr* erit *vulnus cerebri*, i. e. in cerebrum impactum; cranium igitur Thori pertudit cos Hrungneriana, teste Thiodolfo. *Tyrr*, unus deorum Odinianorum, a qvo tertius hebdomadæ dies, Tirsdag, est denominatus. Hic pro more poëtarum Tyri nomen Thoro inditur, adjecto attributo Thori; nempe a rheda sua fulminatrice Thorus *reidityrr* vo-

catur; qvemadmodum Plutonem *Jovem stygium*, Proserpinam *Junonem infernam* Virgilius appellat. *Gardr*, *agger*, *maceries*, item *domicilium*; hic pro *griòtùna* s. *griòttuna gardr* adhibetur, qvi locus erat sive arena, ubi cum Hrungnero Thorus pugnavit. *Geitir*, eddica gigantis appellatis; *bavl*, *clades*, *noxa*, Str. V. *Gœlir*, *qvi lætatur*; affine videtur dan. Kiælenskab, *lascivia*, *indulgentia*, at kiæle for een, *permulcere aliqvem*; hic Thorus *geitis bavlgœlir*, *lætus clade gigantis*, nempe Hrùngneri, dicitur. *Fardir*, poët. *offardir*, *demtor*, *ablator*, a verbo *ec ferr*, *deleo*, *perdo*, vel a verbo *ec fœri*, *aufero*; *ryd*, dan. Rust, *rubigo*; *ryds offardir*, *rubiginis abigea*, est cos Hrungneriana; *kleif*, imperf. verbi *ec klŷf*, dan. kløver, *findo*. *Bif*, *mare*, *salum*, ob perpetuam agitationem, a verbo, *at bifaz*, dan. at bæve, *pavere*, *tremere*, *fluctuari*. Etsi vocula *bif* inter poëticas maris appellationes in Eddis, qvod miror, non reperiatur, in veterum tamen poëtarum carminibus occurrit: *brandar bifroknir à*

skipi, i. e. *antennæ navis marinis fluctibus adspersæ*. Eandem ob rationem *aëra*, utpote semper fluctuantem et mobilem, *bif* Thiodolfus appellavit. *Fàgdr* pro *fàgadr*, contracte *fàdr*, *politus*; *splendens*, *coruscus*; unde dan. Sværdfæger, *politor ensium*. *Bavgi* et *bavgr*, *gigantis* appellatio eddica; verum *hostem*, *adversarium* etiam significat, vid. Str. I. Duas ultimas hujus strophæ et fragmenti voces þòr *leifi*, in qvarum posteriore præcipua sensus, qvam non exiguam esse fateor, cubat obscuritas, conjunctim rudes librarii scripsere, et nomen viri proprium esse crediderunt, alias satis obvium, nempe *þorleifr*, qvod dan. *Thorlev*, angl. *Thurlow* etiamnunc dicitur. Enimvero nomen *þorleifr*, qvod *Thori amicum*, vel *a Thoro amatum* significat, a *leif*, angl. *love*, germ. Liebe, oriundum, qvemadmodum in nominibns *Godleifr*, *Theophilus*, angl. *Gulliwer*, germ. *Gottlieb*; *Fridleifr*, germ. *Friedlieb*, nec ipsi Thoro, nec ejus adversario Hrungnero convenit, nec in contextu verborum aut sententiæ sic qvadrat, ut ullum sanum

pariat sensum. Alia igitur vocis *leifi* notio est dispicienda. Nimirum *leifi* hic idem est, ac *leiptr* s. *leiftr*, *fulgur*, qvod alias *lopteldr*, et *elding* dicitur; unde Lokii, utpote ignis dei, nomen *Loptr*, s. *Loftr*, arcessendum videtur. Hunc vocis *leifi* s. *leivi* significatum forte deprehendi in antiqvissimo Eddæ Sæmundinæ carmine *Völvspà*, qvem locum, utpote huc facientem, heic afferre non abs re erit:

Surtr ferr sunnan	i. e. *Surtus ab austro tendit*
med sviga leivi.	*Cum vibratili fulgure*;
skìnn af sverdi	*Ex gladio cædium dei*
sòl valtìva.	*Sol respendet.*

In hæc carminis verba sic commentatur mythi concinnator Snorrius: "*Surtr rìdr fyrst, oc fyrir hönum oc eptir brædi eldr brennandi. Sverd hannz er gott miöc; af þvi skìnn biartara en af sòlo.* i. e. *Agmen eqves ducit Surtus, qvem et antecedit, et subseqvitur ignis ardens. Eximius illi gladius, vel ipso sole coruscantior.*" *Bifleifi* igitur poëtæ nostri qvin idem sibi velit, ac *sviga leivi* carminis Völospà, lòcus allatus dubitare non permittit, cum utrumqve *tonitrus*

fulgur significet, cujus ictu fulmineo Hrungnerum Thorus interfecit. Hoc autem *fulgur vibratile*, gigantibus exitiale, *malleus Thori Miölnerus* mythice vocatur. Id qvoqve observari dignum, cum cotem contra jaculatus Hrungnerus tradatur, qvod ipsum qvoqve fulminasse crediderint boreales, pariter ac Thorum; sed brutum hoc ejus fulmen successu caruit, victoriaqve penes Thorum fuit, maxime ob versutiam Thialfii et numinum, qvæ clypei tutelam Hrungnero ademit. Cos Hrungneriana, auras fulminis instar penetrans, simul respicere videtur ad superstitiosam veterum opinionem, qvæ apud vulgus rusticum nondum penitus exsolevit, et qva fulmine lapides acuti creari traduntur, qvos latini *brontias* et *ceraunias*, nostrates Tordensteene, Tordenkiler, appellare solent. Duo ultimi strophæ VII. versus in carmine Höstlanga sunt *intercalares*, dan. Omkvæd, qvibus author membra poëmatis, qvibus singula Thori facinora celebravit, repetitis interstinxit, sensu pro circumstantiis nonnihil variato, ita tamen, ut eadem fere verba recurrant.

APTR VR

HAVSTLAVNG.

VM

HVARF, IDVNNAR OC DRÀP

ÞIASSA IÖTVNS.

Str. I.

Hve skal gialla giavld vm
gvnn veggiar brù leggia
ravms þà er recka sæmi
radd sveif at þòr leifi.
Tìframra se ec tìva
trigglavst offar þriggia
à hreingàrv hlìri
hildar væſs oc þiassa.

H Ö S T L A N G A,

FRAGMENTUM II.

DE

Raptu Idunae, et caede Thiassii gigantis.

I.

Redigo: Hve skal vmleggia giavld, þà er gvnnleifi þòr (*pro* þòrs) sveif at raddgialla veggiar brù sæmirecka ravms. Ec se trigglavst offar þriggia tìframra hildar væfs tìva oc þiassa à hreingàrv hlìri.

Interpretor: Qvis vicem reponet (*vindictam expetet*), cum infestum Thori fulgur (*fulmen*) allapsum est sonoræ vocis officinæ tabulato (cranio) gigantei famulitii longurionis (*Geirrodi*)? Video male securum iter trium celebrium deorum Hildæ (*Bellonæ*) numinis (ɔ: *Odinianorum*) et Thiassii per loca maclibus calcata (*montes et tesqva*).

II.

Seggiondvm flò sagna
snòtar ylgr at mòti....
ì gemlis ham gavmlvm
glamma ei fyri skavmmv.
Settiz avrn þar er æsir
àrgefnar mat bârv
vara byrgi tyrr biarga
bleydi vandr at seydi.

III.

Tormidladr var tìvom
tàlhreinn miedal beini.
hvat qvàdv hapta snytrir
hiàlmfaldin þvì valda.
Màlspakr of nam mæla
màrr valkastar bàrv.
varat hænis vinr hanvm
hollr af fornvm þolli.

2.

Red. Ylgr snòtar flò ei fyri skavmmv ì gavmlvm glamma ham gemlis at mòti seggiondvm sagna. Avrn settiz þar er àrgefnar æsir bàrv mat. vandr bleydityrr biarga byrgi (*pro* byrgis) vara at seydi.

Interpr. Prædo nymphæ (*Idunae Thiassius*) stridulo et vetere alarum aqvilinarum remigio vectus iis, qvi turmas mortales regunt (*diis*), jam dudum obviam volitavit. Adsedit aqvila in loco, ubi annonæ largitores divi cibum præparabant. Malus et iguavus montanæ specus incola (*Thiassius*) coctionem non instruxerat.

3.

Red. Beini tormidladr var medal tàlhreinn tìvom; hapta snytrir hiàlmfaldin qvàdv hvat valda þvì. Màlspakr màrr valkastar bàrv nam ofmæla of fornvm þolli; hænis vinr varat hollr hanvm.

Interpr. Victus divis expeditu difficilis non adeo carebat dolis. Numina eximia sciscitabantur, qvid rei causæ subesset. De annosa qvercu loqvendi peritus fari coepit larus fluoris sangvineæ stragis (*aqvila*, nempe *Thiassius larvatus*), cui Hæneri sodalis (*Lockius*) non bene favebat.

IV.

Fiallgyldir bad fyllar
födvr meila ser deila
hlvt af helgv skvtli
hrafna sàr vin blasa.
Ving rögnir let vagna
vìgfrekr ofan sìgaz
þar er velsparir vorv
varnendor goda farnir.

V.

Fliòtt bad foldar drottin
farbavta mavg vara
þeckiligr med þegnvm
þrymseilar hval deila.
En af breido biòdi
bragd vìſs of þar lagdi
ùsviptandi àsa
vpp þiòr hlvti fiòra.

4.

Red. Fiallgyldir bad hrafna vin, födr meila, deila ser fyllar hlvt af helgv blasa sàr skvtli. Vingvagna rögnir let vìgfrekr sìgaz ofan, þar er velsparir varnendor goda vorv farnir.

Interpr. Lupus montanus (*Thiassius versipellis*) rogabat corvorum patronum Meiliiqve patrem (*Odinum*), ut sibi de sacrorum ciniflonum (*deorum*, *igni adflantium*) cacabi paropside tantum impertiretur, qvanto ad satietatem opus esset. Gigantum princeps, ad tollendum acer, eo se demisit, ubi fraudis parci numinum tutores fuerunt.

5.

Red. Foldar drottin, þeckiligr med þegnvm, bad Farbavta vara mavg fliòtt deila þrymseilar hval (*pro* hvali). En ùbragdvìſs sviptandi àsa þar oflagdi vpp af breido biòdi fiòra þiòr (*pro* þiòrs) hlvti.

Interpr. Terræ maritus (*Odinus*), cum sociis placidus, jussit Farbautii filium labeonem (*Lockium*) ilicet impertiri giganti Thrymhemico (*Thiassio*). Prædator autem deorum, ad neqvitiam promtus, ex dapis præbitore (*cacabo*) qvatuor ibi tauri partes sustulit.

VI.

Oc slìdrliga sìdan
svàngr var þat fyri lavngo
àt af eikiròto
òk biavrn fadir niavrnar.
àdr diùphvgadr dræpi
dòlg balladan vallar
hirdityrr medal herda
herfàngs ofan stavngv.

VII.

þà vard fastr vid fòstra
farmr sygyniar arma
sà er avll regin ægia
avndvrgvds ì bavndvm.
Loddì rà vid raman
reimod iötvnheima
en holls vinar hænis
hendor vid stàngar enda.

6.

Red. Oc svàngr biavrn, fádir niavrnar, þat var fyri lavngv, òk sìdan slìdrliga àt af eikiròtv; àdr diùphvgadr hirdityrr vallar herfàngs dræpi ofan stavngv balladan dòlg medal herda.

Interpr. Et ursus famelicus, pater Niarunæ (*Thiassius Skadeæ*) deinceps, etsi jam dudum, voraciter epulatus est in arbore nodosa; donec divus, lebetis prædæ custos, animo profundus (*Lockius*) feroci inimico perticam inter humeros impingeret.

7.

Red. Þà vard farmr sigyniar armà, sà er avll regin ægia ì bavndvm, fastr vid fòstra avndvrgvds. Rà loddi vid raman reimod iötvnheima, en hendor holls vinar hænis vid stàngar enda.

Interpr. Tum sarcina brachiorum Sigynæ (*Lockius, Sigynæ maritus*), qvem vinctum omnes divi territant, adhæsit nutritori (*patri*) xylosolearum deæ (*Skadeæ*). Pertica pependit adglutinata valido Iötunhemiæ fauno (*lemuri* Thiassio), verum alteri perticæ parti affixæ erant Hænero sincere faventis (*Lockii*) manus.

VIII.

Flò med fròdgvm tìva
fàngsæll of vèg làngan
sveita nagr sva at slitna
svndr ùlfs fadir myndi.
þà vard þòrs ofrvni
þùngr var loptr ofsprùnginn
màlvnavtr hvals màtti
melldings fridar bidia.

IX.

Ser bad sagna hræri
sorgeyra mey færa
þà es ellilìf æsa
àttrvnnr hymis kvnni.
Brvnnakrs ofkom beckiar
brìsings goda dìsi
gerdi þiòfr ì garda
griòt nìdodar sìdan.

8.

Red. Nagr sveita fàngsæll flò vm veg làngan med fròdgvm tìva, sva at ùlfs fadir mvndi slitna svndr; þà vard þòrs ofrvni ofsprùnginn, loptr var þùngr; màlvnavtr melldìngs hvals màtti bidia fridar.

Interpr. Sangvinis liguritor (*aqvila*), rapina dexter, per viam longam volitans sublimem vexit callidum deum (*Lockium*), adeo ut lupi (*Fenris*) pater (*Lockius*) jamjam distraheretur. Loptus, Thori sodalis, qvippe gravis, (fere) disruptus est. Tum giganteum cetum (*Thiassium*) alloqvi et veniam supplex precari cogebatur.

9.

Red. Àttrvnnr hymis bad hræri sagna færa ser sorgeyra mey, þà es (*pro* er) kvnni ellilìf æsa. Brìsìngs þiòfr ofkom sìdan goda dìsi, brvnnakrs beckiar gerdi, ì garda griòtnidodar.

Interpr. Hymeriana proles (*Thiassius*) jussit agminum ductorem (*Lockium*) sibi tradere nympham, doloribus mederi svetam. Brisingi (*monilis*) furator (*Lockius*) in causa fuit, cur numinum dea, Brunnakerinæ sedis ornatrix (*Iduna*) in rupium dominatoris (*Thiassii*) ædes deinceps perveniret.

X.

Vrdvt brattra borda
byggvendor at þat hryggvir
þà var id med iavtnvm
vdr nykomin svdan.
Hittvz allar àttir
Ingifreys à þìngi.
vorv heldr oc hàrar
hamliòt regin gamlar.

XI.

Vnnz hrynsiàvar hræva
hvnd avlgefnar fvndv
leifi þir oc lævi
lvnd avlgefnar bvndv.
þù skalt vættr nema velvm
veidir mylinn sva leidar
mvn stòrandi mæra
mey aptr loki deyia.

10.

Red. Byggvendor brattra borda vrdvt at þat hryggvir, þì idvdr (*pro* idunn) var nykomin svdàn (*pro* svnnan) med iavtnvm. Allar àttir ìngifreys (yngifreys) hittvz à þingi hàrar oc gamlar; regin vorv heldr hamliòt.

Interpr. Ardua coenacula inhabitantes (*gigantes monticolæ*) non ideo tristes fiebant, qvod Iduna ab austro gigantum hospes nupera venisset. Universa Yngifreyri familia, (*dii omnes*), canis et senio confecta, conventum agitabat; numina cute (*rugosa*) nimis deformia fuerunt.

11.

Red. Vnnz avlgefnar fvndv hræva hrynsiàvar hvnd, (oc) avlgefnar bvndv leifiþir oc lævilvnd. Þù vættr loki skalt mylinn deyia, nema leidar mvn stòrandi (stærandi) sva aptr velvm veidir mæra mey.

Interpr. Donec potus convivalis datores (*dii*) invenerunt manantis cadaverum cruoris bibacem nebulonem (*accipitris forma uti svetum Lockium*), iidemqve giganteum vaferrimi animi mancipium (*Lockium*) vinxerunt. Tu neqvissime Locki ad necem usqve vapulabis, nisi, itineris discrimen adaugens, venatoriis artibus nympham venustam huc reducas.

XII.

Heyrdac sva þat sìdan
sveik opt àsa leikvm
hvg reynandi hænis
havks flòg biàlfa avkinn.
Oc lòmhvgadr lagdi
leik blads regin fiadra
ern at avglis barni
arnsvg fadir niarnar.

XIII.

Ivkv skiòtt en skòkv
skavpt ginnregin brinna
en son bidills svidnar
sveipr ì favr greipar.
þarz offell à fialla
finnstilia brù minni
bavg þà er bif vm fàgda
bif kleif at þòr leifi.

12.

Red. Heyrdac (*pro* heyrda ec) sva, þat sìdan, opt sveik hvg reynandi hænis àsa leikvm, flòg avkinn havks biàlfa. Lòmhvgadr oc ern leikregin, fadir niarnar, lagdi fiadra blads arnsvg at avglis barni.

Interpr. Audivi ego, qvod deinceps Hænero familiaris (*Lockius, qvi*) deos ludibriis sæpe fefellit, accipitris exuviis instructus avolarit. Potens fascinator, Niarunæ (*Skadeæ*) pater (*Thiassius*), versutæ mentis et strenuus, alarum repandarum aqvilino lapsu persecutus est gigantis (*Farbautii*) filium (*Lockium*).

13.

Red. Ginnregin ivkv skiòtt brinna, en skòkv skavpt; en son greipar bidills svidnar, oc sveipr ì favr þarz offell; þà er bifleifi þòr (*pro* þòrs) at bavg (pro bavga) bifkleif minni (*pro* minnis) brù à fialla finnstilia.

Interpr. Numina incendium brevi excitarunt; et tela torserunt; sed filius proci Greipæ (*Thiassius gigas*) adustus, et a volatu dejectus, ibi cecidit; cum vibratile Thori fulgur, adversus gigantem (*hostem*) per auras coruscans, montano Finnorum dominatori (*Thiassio*) memoriæ pontem (*cranium*) diffidit.

Ad Stropham I. Qvatuor primos hujus strophæ versus, qvorum tertius in Membrana Wormiana adeo vetustate exesus, ut legi neqviverit, in Membrana Regia omnes desiderantur. Iis vero, qvos in contextum reposui, supplendos esse credidit *Johannes Olavsen senior*, primus Legati Arna-Magnæani Stipendiarius, et ipsius ante Fundatoris Amanuensis, forte chartam antiqvam, membranæ cujusdam superstitibus vetustioris exscriptum, secutus. Cæterum verba: *þà er - - sveif at þòr leifi*, monstrant, hujus fragmenti initium revera esse *versus intercalares*, qvibus proxime præcedens poëmatis pars, qvæ singulare qvoddam Thori facinus tractavit, et qvæ nunc desideratur, olim finiebatur. Nec enim verisimile videtur, voluisse poëtam, unam et eandem poëmatis sectionem, ab his versibus recurrentibus incipere, et in eos desinere, cum secus in priore fragmento factum conspiciatur; nec qvicqvam vetat, anteriorem sectionem in media stropha finiri; et hanc esse causam opinor, cur qvatuor hos ver-

sus, utpote ad hanc partem poëmatis, qva Idunæ raptus describitur, non pertinentes, Membrana Regia omiserit. Crediderim igitur eam, qvæ præcessit et nunc intercidit, carminis partem, de conflictu Thori Geirrodiano egisse, qvandoqvidem is, cujus caput fulmine collisum hi versus memorant, gigantum antesignanus, et, ni fallor, cum satellitio domi occisus innuatur verbis, *sæmirekka ravms*; qvod ultimum saltem in Geirrodum qvidem apprime, in Thiassium vero neutiqvam qvadrat. Jam vero ad verba carminis explicanda progredimur. *Giald*, plur. *giäuld*, dan. Giengiældelse, *retributio*, *poena*, *ultio*; *at vmleggia*, idem qvod *vmbvna*, *rependere*, *ulcisci*, a verbo *ec legg*, dan. legger, *pono*; *at umleggia* igitur respondet danico at vederlegge. *Gvnnleifi*, *bellicum fulgur*, *telum coruscans*, i. e. Miölnerus Thori, s. fulmen, a *gvnnr*, bellona, item *pugna*, et *leifi*, idem qvod, *leiptr*, *fulgur*; videantur, qvæ ad prioris fragmenti Str. VII. annotavimus. *Sveif*, imperf. verbi *ec svìf*, dan. svæver, *labor*, de volantibus. *Ravdd*,

dan. Røst, *vox*; *giall* s. *gall*, gen. pl. *gialla*, *sonus*, a verbo *ec giell*, imperf. *giall*, dan. giæller, gialt, *resono*; *veggr paries*, dan. Væg, hic synecdochice pro *æde*, *officina*. *Brù*, dan. Broe, *pons*, *tabulatum*, poët. *tectum*; *raddgialla veggr*, *vocis sonoræ paries*, est *gena*, *maxilla*; genarum tectum s. operculum, est *cranium* s. *calva*. *Sæmi*, adject. inseparabile, à *sàmr* vel *sòmr*, qvæ *gigantis* est appellatio eddica; a sic dicto gigante vel pirata *Samseya*, Daniæ insula, traxit nomen. *Reckr*, *vir fortis*, *satelles*, *miles*; hinc *sæmireckar*, *satellites gigantei*; horum coryphæum (*Geirrodum*) ob proceritatem *ravm* Thiòdolfus appellat; *ravmr* enim est *vir altæ staturæ*, *longurio*, vox haud dubie profecta ab hebr. רם *altus*. Illinc provinciæ Norvegicæ, *Ravmarìke*, Romme-Rige, nomen est ortum. *Tìr* item *ordztìr*, *fama*, *celebritas*, *gloria*; inde *tìframr*, *celebris*. *Tìvi*, pl. *tìvar*, *divi*. *Far*, poët. *offar*, *iter*; *trygglavfs*, adj. *infidus*, *male securus*, scil. ob insidias gigantum. *Hreinn*, *rheno*, *macles*, hinc *hreingàrr*, qvasi

hreingenginn, *a maclibus tritus* s. *calcatus*. *Hlìri* 1, *proræ pars* anterior, ab utraqve carinæ surgentis parte; 2, *gena*, idem qvod *vàngì*; 3, *frater*. Hic secunda obtinet significatio, ita tamen ut *hlìri* hic improprie *clivum*, s. *terram editam*, denotet, qvæ alias *vàngr*, dan. Vænge, *solum*, terræ pars; hinc *hreingàtt hlìri*, solum maclibus tritum, juga montium deserta indigitat, per qvæ rhenones oberrant. *Hildr*, *bellona* borealium; *ve* s. *væ*, *numen*, item qvælibet *res sacra*; *hildar væ*, *belli deus*, est *Odinus*; *hildar væfs tìvar* sunt *divi Odiniani*, nempe tres viatores, Odinus, Lockius et Hænerus; confer. Fab.

Ad Str. II. *Savgn*, *agmen*, *coetus*, hinc *skipsavgn*, *vectores navis*; *seggr*, *miles*; hinc verbale poëticum *seggiendor sagna*, *agminum rectores* s. *duces*, nempe Odinus belli deus et comites. *Snòt foemina*, hic intelligitur *Iduna*, Bragii uxor, qvam rapuit Thiassius, unde ipse *snòtar ylgr* vocatur. Cæterum hic ex citatione eddica *ylgr* pro *ùlfr* reposui; utrumqve nomen

lupum significat; *ulfr* autem et *ylgr* est 1, *lupus*, 2, *hostis*, 3, *latro* s. *prædo*. Thiassius vero Idunæ et hostis et raptor fuit, conf. Fab. *Gemlir*, poëtice *aqvila*, a longævitate sic dictus, nomen enim *gemlir annosum* significat; ob eandem rationem græcis αἐτὸς *annosus*, *aqvila* vocatur. *Glam*, cui latinorum *clamor* cognatum videtur, est *sonitus* s. *stridor*, qvia aqvilinæ Thiassii alæ inter volandum stridebant. *Argefnir annonæ largitor*, ab *àr*, *annus*, item *annona*, *ubertas terræ*, et *gefnir*, *dator*, a verbo *ec gef*, dan. jeg giver, *dono*; sic a poëta Odinus et socii vocantur, qvos qvippe foecunditatis terræ auctores veteres ethnici credebant. *Bàrv*, *ferebant*, imperf. verbi *ec ber fero*; cæterum verba, *at bera*, *portare*, et *at reida*, *vehere*, sunt synonyma; verum posterius *reida* etiam *præparare* significat; hinc uni synonymo τῷ *at bera*, alterius, τῷ *at reida*, æqvivoca notio tribuitur; *bàrv mat*, pro *reiddv mat*, *cibum* scil. coqvendo *præparabant*. Tyri, unius Asorum, nomen Thiassio tribuitur, adjectis attributis Thi-

assii giganteis. *Byrgi, cavea, casa*; *bleydi, ignavia, meticulositas*; hinc *vondr falla byrgi* (pro *byrgis*) *bleydir*, i. e. *improbus et ignavus montanæ specus nebulo*, Thiassius poëtæ dicitur; non qvod timoris Thiassium insimulet, qvem postea *balladan, audacem* s. *ferocem* vocat, sed ut hoc epitheto, Tyri attributis contrario, erat enim Tyrus fortitudine bellica inclytus, a Tyro melius distingvatur. *Seydi coctio, hann vara at seydi, ille coctioni non aderat*, sive coctionem non instruxerat, i. e. carnes, qvæ coqvebantur, ipsius non erant, sed Odini et sodalium.

Ad Str. III. *Tormidladr*, *expeditu difficilis*; verum *torafladr, ægre parabilis*, ob metri rationem cecinisse poëtam non dubito, etsi lectionem codicum mutare noluerim. *Tor*, particula *inseparabilis*, et sensu et origine eadem est ac gr. δυς, lit. *s.* in *r*, ut in omnibus terminationibus vocum, mutata, ubi græc. ὸς, et lat. *us*, apud boreales in *or* vel *ur* effertur. *Medal*, adv. in compositione est *mediocriter*; *tàl*, *fraus*,

pellacia, hinc *medal tàlhreinn*, *fraudum mediocriter* i. e. *non prorsus expers;* hoc sensu *medal* respóndet dan. maadelig. *Havpt*, nomen diis Odinianis commune; *hapta snytrir*, *deorum ornatores* i. e. *eximii* s. *præcipui*, a *snotr*, *elegans*. *Hiàlmfaldinn*, *galea tectus* s. *galeatus*, vel per soloecismum, pro *hiàlmfaldnir*, vel per antiptosin pro *hiàlmfaldinna*, qvasi, *clypeatorum* deorum præcipui, vel, qvod sensu referatur ad præcedens *hapta*, qvod est plur. et neutr. Etsi autem concinnator fabulæ, *hvat - - snytrir*, legisse videatur, cum hæc verba poëtæ, *qvàdv hvat valda þvì*, prosaice reddat, *mæla*, *hverio þetta mon gegna*, qvid *hoc sibi velit*, prorsus tamen reticenda non est varia lectio, ad hanc stropham infra notanda: *hvar qvàdv hapta snyrtir*, *hialmfaldinn* þ. *v*. qvorum hic emergit sensus: *divi elegantes cacabum*, *operculo tectum*, *in causa esse dixerunt*, scil. qvominus carnes elixarentur. *Hverr hiàlmfaldinn* est *cacabus operculo tectus*; et lebetem, qvo usi sunt Asi, inter coqvendum operculo clau-

sum fuisse, monstrant verba fabulæ: *at riùfa seydinn, coctionem aperiendo*, i. e. cortinam demendo *inspicere; snyrtir* vero pro *snytrir*, per metathesin adhiberi vulgo notum. *Màl, loqvela; spakr, peritus*; hinc *màlspakr, eloqvens, disertus. Màrr, larus; valkavst, strages cæsorum cumulata; bàra, unda, fluctus*. Aqvilam, utpote avem carnivoram, vocat poëta *larum fluoris sangvineæ stragis*. Þollr, *arbor*: *forn*, adj. *antiqvus*; *hollr*, dan. huld, *sincèrus*; *bene cupiens*.

Ad Str. IV. *Gyldir, lupus* poëtice; Thiassius gigas *fiallgyldir, lupus montanus* dicitur. *Hrafna vin, corvorum amicus* s. *patronus* est *Odinus*, a corvis mythologicis, *Hugin* et *Munin*, qvibus ad nova sibi nuntianda uti svevit, sic nominatus. Conf. Heimskr. Tom. I. Yngl. S. c. VII. idem qvoqve *Meilii pater* hic appellatur. *Fylli satietas*, ab adj. *fullr*, dan. fuld, *plenus*. *Blasi, flator*, verbale ab *ec blæs*, dan. blæser, *flo*; *helgir blasar, sacri flatores*, sunt Odinus et socii, qvi ignem carnibus elixan-

dis adflaverunt. *Sàrr*, *labrum*, hic *lebes coqvinarius*; *skvtvll*, *scutula*, *paropsis*. Verbum *ec deili*, dan. jeg deeler, *partior*, *impertior*; *hlvtr*, dan. Lod, *pars*. *Vìngnir*, *gigantis* appellatio poëtica; *vavgn*, *balænæ*, *ceti*; *vìngvavgn*, *gigantes*; gigantum *rögnir*, *princeps* s. *dominus*, est ipse Thiassius. *Rögnir* a *regin* et *ravgn*, *numina*, formatum. *Vìgfrekr*, *ad tollendum acer*, hic Thiassius larvatus dicitur, qvia integrum fere taurum simul ex cacabo sustulit, vid. Fab. et Str. V. *Vìg*, sublatio, item *cædes*, ab *at vega*, *tollere*. Verbum, *at sìga*, vel *sìgaz*, *delabi*, *demitti*; *ofan*, *deorsum*. *Varnendor goda*, *idolorum* vel *deorum tutores* s. *propugnatores*, sunt Odinus et socii; *velsparr*, *fraudis parcus* s. *expers*, Odinus cum suis vocatur, qvi a Thiassii dolis et veneficiis sibi hic non cavebant; *voro farnir*, periphrastice pro *fòrv*, *ibant*, et hoc archaice pro *vorv*, *fuerunt*.

Ad Str. V. *Drottin*, *dominus*, hic *maritus*; *fold*, *terra*; terræ maritus *Odinus*. *Þeckilìgr*, dan. tækkelig, *placidus*, *jucundus*.

Farbautii filius est *Lockius*, qvi hic *vara mavgr*, *filius labeo* vocatur. In carmine *Ulfi Uggidæ*, in Edda Snorriana citato, itidem Lockius, *farbavta varu-* pro *vara mavgr*, appellatur, qvi locus nostro parallelus videtur. Cur autem Lockius a labiis denominetur, hæc est ratio mythologica: "Ad Svartàlfos (dæmones subterraneos) qvondam profectus Lockius, qvo Miölnerum Thoro, et alia cimelia Asis pararet, Brocko cuidam caput suum oppigneravit. Certaminis victor Brockus cum exstitisset, ipsi Lockius, a Thoro prehensus, traditur. Huic cum caput præcidere Brockus vellet, causabatur Lockius, caput, non collum, pignori positum fuisse. Brockus igitur labia Lockio pertusa corrigiis consarcivit atqve constrinxit, et sarta raptim disrupit ac dilaceravit." Hactenus Edda; hinc *labeonis* appellatio Lockio adhæsit. Plausibilia qvidem hæc sunt, et mythicis nixa fundamentis; non tamen diffitendum autumo verba poëtæ aliter disponi et explicari posse, hunc fere in modum: *Foldar drottin bad fliòtt farbavta mavg*

deila; þrymseilar hval, pro hvalr, vara þeckiligr med þegnvm; i. e. *Terrae maritus* (Odinus) *statim jussit Farbautii filium* (Lockium) *impertiri*); *gigas Thrymhemicus non erat placidus hominibus*. Verum adj. *þeckiligr* adhuc alium habet significatum; nempe, *qvi cognosci potest*, dan. kiendelig; hoc novum parit sensum, qvi vero forte proximus: *þrymseilar hval vara þeckiligr med þegnum*; i. e. *gigas Thrymhemicus inter homines*, nempe *pro homine, agnosci non poterat*. Donec correctiores forte lectiones habeantur, his acqviescendum arbitror. *þrymseilar* per antithesin, pro *þrymsalar*, metri ergo positum; *þrymsalr*, *ædes Thrymica*, idem ac *þrymheimr* Thrymhemia, Thiassii nempe sedes. Particula negativa inseparabilis *u*, in *ùsviptandi*, ad vocem *bragd* est transferenda; hinc *ùbragd*, *neqvitia*, *scelus*; *ùbragdvifs*, *ad neqvitiam dexter et exercitatus*. *Biòdr*, subst. verbale, ab, *ec byd*, dan. tilbyder, *offero*, *exhibeo*; *breida*, alias *bràd*, lat. *præda*, *dapes*, *epulæ*, in specie, *ferina caro*; hinc *breidv biòdr*, *dapis ex-*

hibitór, est cacabus, in qvo dapes coqvebantur. Si *biòdr* absolute cacabum significet, vox *breida*, a verbo *at brèda*, pro *brenna*, gr. πρήθειν *incendere*, *urere*, *coctio* est vertenda, et *breidv biòdr*, est *cacabus coqvinarius*; utrum velit lector eligito. Þiòrr, dan. Tyr, *taurus*; Þiòr hic, pro Þiòrs, vel Þiòſs, genitiv. archaic. qvem admodum Þòr, pro Þòrs, ad voces *Þor leiſi* supra notavimus.

Ad Str. VI. *Svàngr*, adj. *famelicus*; et in qvibusdam Eddæ Snorrianæ exemplaribus inter gigantum appellationes *svàngr* occurrit, qvod in aliis tamen *svaràngr* scribitur. *Niavrnar*; hoc nomen, qvod in codicibus *morna*, et inferius *mörnar* atqve *mornaz* scriptum, medica eguit manu. In alphabetico Skaldæ exemplari inter gigantidum nomina *màrvn* et *mavrn* cum invenissem, omni negotio defunctus mihi videbar. Verum alios codices postqvam consului, ex horum consensu nomen *mavrn*, vitiose pro *niavrn*, scriptum esse comperiebam. Nempe inter gigantidum nomina *Niavrn*, et inter

dearum appellationes *Niòrun* et *Niàrun*, in melioris notæ codicibus invenitur. Hinc colligere licet, Niörnam et deam, et iotnicam fuisse foeminam; tales vero nullas fuisse constat, si *Gerdam* Freyri, et forte *Sigynam* Lockii, uxores exceperis, nisi *Skadeam*, qvæ Niördo primum, deinceps autem ipsi nupsit Odino. Hæc Thiassii, qvi hoc carminis fragmento celebratur, secundum fabulas mythicas cum fuerit filia, nullum esse potest dubium, qvin ipsa hic *Niörnæ* nomine insigniatur, qvod gigantidis est appellatio eddica. Qvandoqvidem autem Skadea suis connubiis in dearum numerum fuit adscita, Niörunæ nomen nacta videtur a marito. *Niördur* s. *Niörudr*, qvod *altorem* significat, a verbo *ec næri*, dan. jeg nærer, *pasco*, *alo*; reges enim olim et principes, *fòlknàrùngar*, *pastores populorum*, dici svevere. *Niörun* igitur a masculino *Niörudr*, contracte *Niördr*, eodem modo formatum, qvo *Hlodyn* a *Hlodr*, *Thorun* a *Thor*, *Sigyn* a *Sigi*, qvod Odini nomen. Pro *Niörun* vero, qvod *Niördi uxorem* significat, con-

tracte dixerunt *Niörn*, qvod gigantidis, qvalis revera fuit Skadea, in Eddis est nomen. Cæterum id qvoqve observatu dignum, qvod Skadeæ hoc nomen *Niörun*, in Eddæ Sæmundinæ Carmine *Alvìs-màl* dicto, (vid. Str. XXX. v. 6.) *Nocti* datum legatur, qvæ ibi *draum-niòrun* vocatur. Nomen autem *Niòrun* cum proprie et mythice *Niördi uxorem*, appellative *nutriçem* s. *altricem* denotet, nescio ecqvid nocti appositius indi potuerit, ea enim vere *dravm-niòrun*, *somniorum nutrix*, dici meretur. *òk àt*, *adauxit esum*, a verbo, *at auka*, dan. at øge, *augere*. *Slìdrliga*, adv. *avide*, *voraciter*; *eikiròta*, *arbor nodosa*. *Dìùphvgadr*, qvi *alti est consilii*; hic de Lockio, deorum qvippe solertissimo. *Herdar*, *scapulæ*, *humeri*, vox in Fionia hodieqve usitata. Tyri nomen Lockio hic tribuitur, adjecta functionis proprietate, qva coqvendo ministrabat; *hirdityrr*, *deus custos*; *vallar*, genit. anomalus, a nom. *vellir*, *cacabus fervens* s. *bulliens*, qvasi a nominat. *vallr*, a verbo *ec vell*, dan. vælder, *bullio*, *scaturio*. Vox ipsa *vel-*

lir, nempe *lavgvellir*, utì et *hverr*, ejus synonymum, hoc sensu occurrit in carmine eddico *Hymisqvida*, Str. I. III et VI. *Herfàng*, *præda*, *manubiæ*; hic *carnes tauri*, qvem captum Asi mactaverant. Verbum *ec drep*, dan. jeg dræber, *verbero*, item *occido*. *Balladan*, per epenthesin pro *ballan*, a *ballr*, dan. bold, superbus, ferox, animosus; ita *sveimadr* pro *sveimr*, in *Knytlingæ* carmine legitur.

Ad Str. VII. *Farmr Sigyniar arma*, qvæ interpretando ad verbum reddidimus, solennis est Lockii aqpellatio poëtica; *sà* pro *þeim*, per soloecismum. *Ec ægi*, *terreo*; hinc *ægir*, *territor*, *maris deus* et borealium Neptunus. *Sà er avll regin ægia ì bœvndvm*, *qvem* (Lockium) *vinctum omnes dii territant*. Respicitur ad fabulas eddicas, qvæ narrant Lockium, postqvam multoties offenderat deos, captum deniqve et in vincula conjectum, qvibus ad finem usqve mundi (*ragnaröckr*) tenebitur. Tum vero solutus, unacum Surto et Muspellianis, nec non propriis liberis, scilicet *Fenre lupo*,

Angve Midgardico et *Helæ filiis*, Odiniana numina oppugnabit et perimet. Verbum, ec *lodi*, imperf. *loddi*, *adhæreo*; *ramr*, adj. *robustus*. *Avndvrgvd*, *xylòsoleàrum dea* est Skadea; ejus *fòstri*, *nutritius*, s. *pater* est *Thiassius*. *Reimodr*, *fascinator*, *faunus*, *lemùr*; *reimleiki* et *reimt*, dicitur de locis, qvæ spectris, dæmonibus aut lemuribus noctivagis sunt infesta; hæc appellatio Thiassio tribuitur, cùm ob ingenium et ortum giganteum s. trollicum, tum ob artes magicas, qvarum peritissimus habebatur. Lockius hic *hollr vin hænis*, *sincerus Hæneri amicus*, dan. Hæners hulde Ven, vocatur.

Ad Str. VIII. *Fàng*, dan. Fangst, *præda*, *rapina*; hinc *fàngsæll*, *in rapiendo dexter*. *Sveiti*, dan. Sveed, *sudor*, poëtice *sangvis*. *Nagr*, *rosor*, a verbo *ec naga*, dan. nager, sive gnaver, *rodo*, *admordeo*; hic aqvila, cujus formam induerat Thiassius, utpote avis *cadaverina*, *sangvinis rosor s. ligurítor*, vocatur. *Flò*, imperf. verbi *ec flyg*, *volo*, idem qvod inferius Str. XII.

flòg; qvemadmodum *hne* et *hneig*, *sidebat*, in eodem hoc carmine utrumqve occurrit. *Fròdgr*, pro *fròdvgr*, idem qvod *fròdr*, *callidus*, *sagax*, nempe *Lockius*. *ùlfs fadir*, *lupi*, scilicet *Fenris pater*, est *Lockius*. Verbum *ec slìt*, dan. ſlider, *rumpo*, *lacero*; inde verb. neutr. *ec slitna*, *rumpor*. Þòrs *ofrvni*, *Thori collocutor*, *familiaris*, *sodalis*, est *Lockius*. *Màlvnavtr*, archaice pro *màlanavtr*, *collocutor*. Pro *midiùngs* et *mildìngs*, qvæ habent membranæ, *meldìngs* substitui; priorem enim vocem metri ratio non patitur; posteriorem, qvæ *herois munifici*, sive *principis* est appellatio, sensus non admittit. *Mella* est *foemina gigas*; hinc *meldingr*, gigas; *meldingr* enim, *midiùngr* et *midi*, (qvasi medius inter trollos et homines), sunt synonymicæ *gigantum* appellationes. *Meldìngs hvalr*, *gigantea balæna*, est *Thiassius*, qvem *pacem precari*, *bidia fridar*, Lockius coactus est.

Ad Str. IX. *Hymir*, *gigas*, pater Tyri, in *Hymisqvida*; hic poëta Thiassium vocat *àttrvnn hymis*, *cognatum Hymero*,

nempe *gigantem*. *Sagna hrærir*, *agminum motor* s. *dux* est *Lockius*, utpote Odini, qvi belli præses, comes et socius: *Sorgeyrinn*, *doloribus medens*; *sorgeyrin mey*, *nympha dolorum sedatrix* est *Iduna*, Bragii uxor, qvæ poma vitalia deorum custodiebat; conf. Fab. Eademqve mox *kunna ellilyf àsa*, *Asorum in senectute vitam servare callida* dicitur. *Brisìngamen* et *Brìsingr*, erat *monile pretiosum Freyæ* deæ; hoc suffuratus traditur Lockius, unde *Brìsìngs þiòfr*, *Brìsingi fur*, s. *surreptor* poëtæ nostro vocatur. Hujus denominationis rationem in Eddis frustra qvæsiveris, ubi de hoc Lockii furto, ejusqve circumstantiis, altum est silentium. Integrum vero, qvi huc pertinet, mythum, exhibet Historia *Olåfi Tryggvidæ*, ed. Skalh. MDCLXXXIX. 2. P. cap. XVII. cujus hoc est argumentum, in compendium redactum. "Non procul ab Asgardo viri qvatuor ex Dvergorum gente habitabant, artium fabrilium peritissimi. Hos forte invisens Freya, Odini concubina, aureum illos monile fabricari videt, fere jam

absolutum. Monilis emendi cupida Freya pretium, qvantum et qvale poposcerint, obtulit. Illi haud alio se monile pretio venditturos responderunt, qvam ut suam singulis noctem concederet. In has demum conditiones cum Freya concessisset, iis impletis accepit monile. Rem vero subodoratus Lockius, illius ad Odinum indicium perfert, jubeturqve monile Freyæ surripere. Ejus itaqve cubiculum noctu accedens fores firmiter clausas offendit. In muscam igitur conversus rimam, qva irreperet, diu et anxie qvæsitam tandem invenit; hanc subiens et ædem ingressus Freyam in lecto dormientem videt monile qvidem collo circumdedisse, sed ita, ut, qva diffibularetur, parti incumberet. In culicem illico mutatus genam Freyæ tamdiu pupugit, donec expergiscens illa in alterum se latus converteret. Nunc vero reseratum monile, et collo dormientis leniter detractum, per fores intus adapertas digressus, Odino tradidit." Illinc Lockius *Brisingici furis* nomen est adeptus. *Brvnnakrs beckiar gerdr*, est *Iduna*; ad

qvam appellationem Idunæ enodandam nullum in Eddis est præsidium; qvin ipsa Eddarum mythologia ex hoc auctoris loco supplenda videtur. Nimirum *gerdr* est appellatio foeminæ ingenuæ; *beckr*, *sedes*, *scamnum*, dan. Bænk; *Brvnnakr*, nomen loci s. prædii. Notabilis est locus Heimskringlæ, Yngl. S. cap. V. T. I. p. 10. "*Odinus suæ possessionis fecit totum terræ tractum, qvem Sigtunam fecit nominari. Habitandas etiam sedes adsignavit templorum antistitibus. In Nòatùn habitavit Niördùs; Freyus Upsalis; in Himinbiörgo Heimdallus; Thorus in Thrùdvang, in Breidablik Baldus. Omnibus prædia atqve habitacula dedit optima.*" Hæc nimirum ex perantiqva Eddæ Sæmundinæ Oda *Grimnis-màl* mutuatus est Snorrius, ex qva plura addi possent nomina locorum, qvæ Asi inhabitàrunt. Verum cum inter hæc nulla Bragio, poëseos et eloqventiæ deo, Idunæ marito, sedes adsignata reperiatur, plusqvàm probabile arbitror, ipsius habitaculum *Brunnakr*, qvod danice Brøndager sonaret, olim dic-

tum. Operæ pretium foret investigare, num prope Sigtunam Veterem villa qvædam hoc nomine dicta qvondam exstiterit. Ego qvidem, donec rectiora docebor, *Brunnakr* pro sede Bragii dei habeo, ex qva ejus uxor Iduna *Brunnakerinæ sedis decus s. ornatrix* a poëta nostro nuncupatur. *Griòtnidvdr* 7ω *biörgòlfr*, qvæ *gigantis* est appellatio eddica, respondet; *àlfr, genius, dux, princeps*, hebr. אלף; hinc *biörgòlfr* s. *biörgàlfr* est *princeps rupicola*, nempe *Thiassius*. *Griòt, saxa, lapides*; *nidvdr*, *regis* in Eddæ Sæmundinæ carmine Völundarqvida *nomen* est, qvi *Nericiæ* Sveticæ princeps, *niàra drottin*, ibi vocatur. *Griòtnidvdr* igitur nil aliud est, qvam *rupium princeps*, nempe *Thiassius*.

Ad Str. X. *Bord*, dan. Bord, *mensa*, hic synecdochice *coenaculum*, vel potius integrum *domicilium* significat; ubi enim qvis coenat, ibi fere habitat, unde vetus loqvendi ratio, at søge Dug og Disk, profecta est. Qvemadmodum igitur *thalamus* Latinis non solum est *lectus genialis*, *dormitorium*, ve-

rum et ipsum *connubium*, ita *bord*, *mensa*, hic pro *cœnaculo*, qvin etiam pro ipso *domicilio* ponitur. *Brattra borda byggvendor*, *ardua coenacula inhabitantes*, sunt *gigantes*, *celsàrum rupium incolæ*, Thiassii nempe vicini vel domestici, qvi Idunæ adventu lætabantur, id qvod verbis fragmenti, *vrdut hryggvir*, *non fiebant tristes*, exprimitur. Cum Thrymheimus, Thiassii sedes, in Norvegia situs fuerit, cui etiam Cantilena Heroica, (vid. Danske Kiœmpeviser I. P. c. XXII v. 2), suffragatur, Iduna vero ex Brunnakro, Sveciæ prope Sigtunam Veterem loco, advecta sit, vere poëta eam ab austro venisse dicit. Nomen ipsum *idvnn* poëta per tmesin dividit, et posteriorem nominis partem *vnn* in *vdr* per archaismum comminutat; unde etiam adverbium loci *svnnan*, ob rationem metri in *svdan* convertere necesse habuit; ejusmodi antitheses literæ *d.* pro *nn*, apud veteres poëtas crebræ sunt, qvemadmodum ad voces *edr* pro *enn*, *sedr* pro *senn*, supra monuimus. Pro *gördvz allar áttir*, qvæ membranarum lectio, reclamante metro, ferri

neqvit, vel *hittvz – à þingi, conventum agitabant*, vel *hvöttvz – at þìngi, in conventum properabant*, reponendum esse, qvivis paulo oculatior harum rerum censor mecum perspicit. *Ingifreyr* pro *Yngifreyr*, metri causa, erat Niördi Nòatunensis filius, Freyæ deæ frater, qvi patri Niördo in Upsaliensi solio successit, et post obitum patris, pro *Freyr*, qvod verum ejus nomen, *Yngifreyr*, i. e. *junior dominus* vocatus est; ab hoc oriundi reges Sveciæ deinceps *Ynglingar* dicti. *Attir*, pro *œttir Yngifreys*, *Yngifreyri cognati*, sunt dii Odiniani s. Asi. *Hàrr*, adj. dan. hæret, pro qvo usitatius graahærdet, *canus*; *hamliòtr*, *cute deformis* s. *scaber*, ab *hamr*, *exuviæ*, hic *cutis*, et *liòtr*, *deformis*, *turpis*, rugis scilicet senilibus.

Ad Str. XI. *Vnnz*, *usqvedum*. *Avlgefnar*, *convivatores*, s. *potus convivialis datores*, honoris ergo deos nominat poëta; Lockium e contrario, utpote hostem deorum, *hræva hrynsiàvar hvnd*, i. e. *manantis cadaverum fluoris* (sangvinis) *canem* s. *linctorem*, contemtim appellat; qva nuncu-

pations simul respici videtur ad formam accipitris, qvi avis est cadaverina et carnivora, et qva ad expeditiones obeundas versipellis uti svevit Lockius. Monendum etiam, me pro *hrynsæva*, qvod metrum respuit, *hrynsiàvar* posuisse. Porro pro *lcidiþir* (*þit*), *leifiþyr*, substituere coactus sum, cum metri, tum sensus gratia. *Leifi gigantis* est appellatio eddica; *þirr*, s. *þyrr*, *servus*, *nebulo*, cujus foemin. *þy*, serva, ancilla, unde dan. Tyende, operæ. Lockium vero *leifiþir*, *giganteum nebulonem* s. *iotnicum mancipium* ideo poëta nuncupat, qvia Farbautii gigantis erat filius. *Læ* et *lævi*, *versutia*, *astutia*; hinc cognomen Lockii, *inn lævìsi*, *vafrator*; *lvndr*, dan. Lund, *lucus*, item *viri* appellatio poëtica; verum hic potius habendum est participium; nempe *lundr*, per syncopen pro *lundadr*, vel *lyndr*, *animatus*, a subst. *lund*, *mens*, *animus*; *lævilvndr*, *vafre animatus*, s. *animo subdolus* est Lockius. *Vættr* et *vettr*, *dæmon*, *genius*, unde dan. Vætteløs ad Str. III. prioris fragm. ortum observavimus; veteres enim

dæmonibus et geniis attribuebant effectus, qvorum causas naturales ipsi ignorabant. *Vættr*, vox per se media, qvoniam hic ab iratis diis Lockio tribuitur, in malam est accipienda partem, ut idem notet ac *meinvættr* s. *òvættr*, *cacodæmon*, *genius maleficus*. In carmine Eddæ Sæm. *Ægisdrecka* hic ipse Lockius *ravgvættr*, *deus cinædus* s. *pathicus* vocatur, a *ragr*, *semivir*, *effoeminatus*, item *qvi muliebria patitur*; qvo ad ejus cum eqvo giganteo, *Svadilfari*, commercium, a qvo subagitatus *Sleipnerum*, Odini eqvum octopedem, peperit, alluditur. In Membrana Regia, qvo tempore cum Membr. Wormianæ exscripto collata fuit, tres ultimi hujus strophæ versus, partim adeo vetustate exesi erant, ut legi neqvirent, partim mendis adeo scatebant, ut qvis subesset sensus, vix Lynceus perspexerit. In Membrana Worniana, si exscripto fides, hi versus prorsus desiderantur. Non mirum igitur, si criticis hic opus esset conjecturis, de qvarum dexteritate judicent peritiores. Pro *myil*, qvæ desperata est Cod. Regii lectio,

myli librarium scribere voluisse arbitror; *myli* vero, adjecta lineola transversa τῳ i superimponenda, est *mylinn*, qvod alias *molinn*, *molitum*, *pinsitum*, *comminutum*, significat. Ultima strophæ vox, *deyia*, *mori*, in utroqve codice desideratur, facile tamen restituitur, svadente mytho, qvi mortem Lockio intentasse deos testatur, minitantes scilicet, ni Idunam reduxerit, Miölneri eum ictibus comminutum iri. *Veidr*, subst. verbale, *venator*, ab *ec veidi*, *venor*; verum hic pro *veidr*, unica inserta litera, *veidir*, *veneris*, lego. *Stòrandi*, pro *stærandi*, *adaugens*, metri ergo poëta dixit. *Leidar mvnr*, *viæ discrimen* s. *intervallum*; *mærr* adj. *luculentus*, *venustus*; de foemina *mær*, *formosa*.

Ad Str. XII. *Heyrda ec*, *audivi*; *flòg*, pro *flò*, *volavit*; *biàlfi*, *amiculum pelliceum*; *havks biàlfa avkinn*, *accipitris exuviis* (forma) *auctus* s. *instructus*. Sensus igitur verborum, qvæ priores qvatuor strophæ versus efficiunt, hic est: *Fertur deinceps Hæneri sodalis*, *qvi deos ludibriis sæpe*

fefellit (Lockius), *accipitris formam indutus avolasse.* *Lòmhvgadr*, dan. lumskfindet, *animo astutus*; *ern*, *acer*, *strenuus*. *Leikregin*, *ludificator potens*, eodem prorsus sensu, qvo Thiassium antea, Str. VII. *reimod iötunheima*, poëta vocaverat. Nimirum dii, genii s. trolli, lemures et magi, sub adscititiis formis homines ludificari olim credebantur, et hoc ipsum, *at leika*, dan. leege, hodie at spøge, vocatur; unde dan. Spøgelse, *phantasma*, *spectrum* dicitur. Qvin et ipsi Romani eodem sensu deos *ludere* homines dixerunt. Nota sunt Æneæ Maroniani, Venerem matrem, sub aliena forma sibi apparentem, incusantis, verba: "*Qvid natum toties*, *crudelis tu qvoqve mater*, *Ludis imaginibus.*" Ab hac fascinandi peritia gigas mas *leiknir*, foemina *leikn*, in Eddis appellantur. Hinc molitrices Frodianæ, utpote gigantides et nymphæ versiformes, *leikor* in *Grotticinio* vocantur. Eadem etiam est ratio, cur *sol*, *dvalins leika*, in Eddis dicatur; nempe veteres superstitiose crediderunt, genios subterraneos solis lumen non pati,

et hinc lucifugos vocari, noctuqve tantum per superficiem telluris vagabundos oberrare, et, si a sole superveniente imprudentes collustrentur, in saxa statim converti. Notabilis est locus Geneseos Cap. XXXII. v. 26. ubi angelus cum Jacobo noctu colluctatus dimitti se precatur, prius qvam adscenderet aurora; qvi locus me judice opinionis antiqvitatem satis asserit. *Dvalinn*, commune *Dvergis* nomen, genium notat subterraneum, qvales a sole, ne se ludificaretur, et in lapides converteret, sibi metuebant; et hinc sol, *dvalins leika*, geniorum *ludificatrix* dicta. *Leikinn af travllvm, a dæmonibus fascinatus*, dicebatur ille, qvi inter ejusmodi genios aliqvamdiu versatus, qvod, *at vera i travlla havndvm*, dicebatur, nunqvam, nisi mente captus s. attonitus, oculorum usu privatus, vel alio qvopiam modo male mulctatus, ad homines redire putabatur, conf. Saxon. Gramm. Hist. Dan. Libr. VIII. p. 162. et Olafi Tryggv. Hist. 2. P. c. XXXIII. *Regin*, *princeps*, *potens*; hinc *leikregin*, *potens fascinator*.

Skadeam, Thiassii filiam, qva gigantidem *Niörn*, qva deam, Niördi primum, et mox Odini conjugem, *Niörun* et *Niàrun*, qvod *almam* s. *altricem* significat, in Eddis appellari, supra monuimus. *Fiadra blad*, *pennarum planta*, est ala repanda; vox eodem modo formata, qvo planta pedis danice Fodblad hodieqve vocatur. *Arnsvg*, *tractus aqvilinus*, i. e. volatus validus et impetuosus, a verbo *ec syg*, *sugo*, *traho*, et *avrn*, *aqvila*. *Avglis barn*, Augleris filius, non alius esse potest, qvam *Lockius*. Qvoniam autem Lockii pater erat *Farbautius gigas*, reliqvum est, ut Avgleri nomen gigantem significet. In gigantum vero nomenclatura eddica, qvæ satis alias instructa et copiosa, vox *avglir* non reperitur; in hujus igitur nominis ethymon et significatum paulo pressius inqvirere cogimur. *Avglir*, *egill*, *igull*, dan. Egel et Igel, vermis; haud dubie ab *at ægia*, terrere, ob naturalem homines inter et serpentes antipathiam, sive, ut Moses loqvitur, inimicitiam. Hæc igitur est prima vocis *avglir* s. *öglir* significatio, eiqve hoc sensu

sumtæ dan. Øgle, *vipera*, *lacerta*, respondet. Qvoniam autem cum *serpentes*, tum *gigantes*, *hominum* olim *hostes* credebantur, illinc factum, ut serpentes et gigantes appellationes poëticas interdum communes sortiantur. Istius homonymiæ, præter *commune hominum odium*, aliæ etiam fuerunt causæ, videlicet 1. synonymia; ex. gr. *bavgi*, *gigas*; *hrìngr*, *vermis*; *bavgi*, gall. *bagve*, et *hrìngr*, dan. Ring, *annulus*, *orbis*, sunt synonyma. *Grimr*, *vermis*; *grimnir*, *gigas*; *nadr*, *angvis*, lat. *natrix*; *nati*, *gigas*, etc. qvo fit, ut singula hæc nomina haud secus ac nostrum *avglir*, in idiomate poëtico et *serpentem*, et *gigantem* denotent. 2) Dantur gigantes, qvos simul serpentes fuisse monumenta mythica perhibent. Huc referendus est famosus ille *Fabnerus*, *Hreidmari*, s. *Reimari* filius, *Regini* frater, qvi, secundum Eddas, qvoniam auro incubuit, in serpentem est conversus, qvem *Sigurdus*, inde *Fabnisbani* dictus, interfecit. *Valr*, *gigas* et pirata, ipse et sodales, qvi thesauris incubuerunt, in dracones sunt conversi,

a *Gullthorero* et sociis perdomiti; vid. *Thorskfird. Saga*, cap. IV. *Vaulandus* ille, veterum Borealium Dædalus, qvem celebrat carmen Eddæ Sæmundinæ *Vaulundarqvida* dictum, diserte, et sine ulla determinatione *ormr, vermis* appellatur: *amon ero avgv ormi þeim enom fràna* ɔ: *avidi sunt oculi angvi acutum cernenti.* Qvod ipse Völundus *gigas* fuerit, cum ipsius facinora, tum ortus loqvitur; fuisse enim traditur Finnorum regis filius; Finnis vero gigantes olim imperitabant, unde et Thiassius, ipse gigas, *Finnstilie*, *Finnorum princeps*, nostro poëtæ infra vocatur. In Eddæ Sæmundinæ carmine *Hymisqvida*, *gigas Hymerus* simpliciter *egill, vermis,* nuncupatur: *forv driùgom, dag þann fram, àsgardi frà, vnz til egills komv.* i. e. *totum fere diem iter fecerunt ab Asgardo, donec ad Egilli (serpentis, gigantis Hymeri) domum pervenirent.* Hæc qvidem eo consilio hactenus attulimus, qvo pateat, serpentum olim nomina gigantibus tribui solita fuisse, adeo ut *avglir* auctoris nostri innuat *Farbautium gigantem,*

cujus *barn*, *filius*, erat Lockius. Qvinetiam Lockius, siqvidem gigantis filius, ipse *gigas*, et, ut *angvis Midgardici* s. *Iormvngandi* pater, simul *serpens* fuisse videtur. Nimirum, qvi in eqvam, accipitrem, muscam, culicem, salmonem etc. se convertere solebat, in serpentem mutatus, et cum *fauna Angrboda* congressus, monstrum illud Midgardicum progenuisse credi potest, haud secus ac Jupiter, in serpentem conversus, et cum Philippi uxore Olympiade concumbens, Asiæ domitorem Alexandrum procreasse qvibusdam traditur. Præter *serpentis* et *gigantis* notiones, vox *avglir* s. *öglir*, qvæ etiam *æglir* scripta reperitur, est *aqvila*, gall. *aigle*. Lockius nempe larvatus, qvi accipitris hic formam induerat, *avglis barn*, *aqvilæ puer* s. *pullus* ideo dicitur, qvod accipiter aqvila corporis et mole et viribus sit inferior, etsi utraqve avis sit rapax et cadaverina. Deniqve, vocis qvæ qvarta est significatio, *öglir* s. *æglir* est *accipiter*; nimirum Lockius hic sub adscititia accipitris forma *avglis barn*, *accipitris filius*, ɔ: *ac-*

cipiter, per hebraismum, priscis borealibus satis solennem, nuncupatur. Hinc patet, qvemcunqve de qvadruplici vocis *avglir* significatum elegeris, Lockium semper intelligi, etsi secunda, qva *avglir gigantem* denotat, significatio reliqvis præferenda mihi qvidem videatur.

Ad Str. XIII. Lectio codicum: *hòfv skiòtt en skòfv*, aperte mendosa, utpote qvæ et metri regulis repugnat, qvippe *obliqvitate vocalium*, vulgo *sneyding* dicta, carens, et sensu frivola ac auctore nostro indigna. Nimirum, *at skafa skavpt, dedolare hastilia*, qvo sensu Virgilius *stringere remos* dicit; verum hæc arma tum demum fabricare deos qvis crederet, cum ad occidendum Thiassium essent adhibenda? Audacter igitur reposui: *ivkv skiòtt en skòkv*. *Brinni*, per antithes. pro *brvni*, *incendium*, vel pro *brimi*, *ignis*, a verbo, *ec brenn*, *ardeo*; *ivkv brinna*, *excitarunt incendiam*, phrasis genuina et eddica. Notum est hemistichium *Rolfi Krakii*, flammas in *Adilsi* aula injecto clypeo pervadentis:

Avkom enn elda	i. e.	*Alamus adhuc ignes,*
at adils hùsom.		*In ædibus Adilsi;*
flyra sà eld		*Ignem non fugit,*
er yfir hleypr.		*qvi transcurrit.*

Skavpt, *arma offensiva* s. *tela*; *at skaka vopn at einvm*, *tela vibrando s. contorqvendo alicui intentare*, forma loqvendi ipsis in Eddis obvia. Forma sing. vocis *skavpt*, est *skapt*, dan: Skaft *manubrium*, *hastile*, eadem haud dubie vox, ac lat. *scapus*, unde *skaptre*, et per apocopen *skapt* formatum videtur; utraqve a verbo, *ec skef, skôf, at skafa*, dan. jeg skaver, lat. *scabo*; ejusmodi enim manubria in formam teretem erant dedolanda atqve defricanda. *Ginnregin*, idem qvod *regin*, *numina*; in qvam vocem cum alii commentati sint, nobis fecerunt otium. *Greip*, Geirrodi gigantis filia, a Thoro interfecta; hic pro qvavis *gigantea foemina* sumitur. *Bidill*, dan. Beiler, *procus*; gigantidis (Greipæ) procus s. maritus dicitur *Avlvaldius*, ejusqve filius fuit *Thiassius*. *Sveipr*, adj. *deciduus*, a verbo ec *svif*, *desido*; vel *sveipr*, *intercep-*

tus, a verbo obsol. *ec svip*, unde usitatius *ec svipti*, *privo*; vel deniqve *sveipr*, *impeditus*, a verbo ec *sveipa*, dan. svøber, *involvo*. Þ*arz*, per paragogen archaicam pro Þ*ar*, dan. der, *ibi*; *offell*, pro *fell*, imp. verbi *ec fell*, dan. falder, *cado*. Þ*à er bifleifi* Þ*òr vm fàgda bif at bavg kleif* etc. h: *cum fulgur, contra Thori hostem per äera coruscans*, *diffidit* etc. hæ voces in priori fragmento carminis Höstlangæ, qvòd in eosdem hos versus intercalares desinit, satis, ut opinor, sunt enodatæ. *Minni*, genit. constructus, pro *minnis*, a nominat. *minni*, dan. Minde, *memoria*, *mens*, gr. μενος; *brù*, dan. broe, *pons*, *tabulatum*; nimirum sedes memoriæ est *cerebrum*; hujus autem tabulatum s. tectum est *cranium*, *frons*, *sinciput*, ictu scilicet Miolneri s. fulminis contusum. Pro *minnis brù*, *heila* vel *minnis bù*, *cerebri* vel *memoriæ domum* s. *penu*, nescio an melius, poëtæ qvidam veteres dixerunt. *Fialla finnstilie*, *montanus Finnorum princeps* s. *dominator* est *Thiassius*, cujus nempe sedes Thrymhemica secundum fabu-

las eddicas in monte erat sita. *Finnstilie*, *Finnorum rex* s. *princeps*, a verbali *stillir*, *coërcitor*, *dominator*, a verbo *ec stilli*, dan. ſtiller, *sedo*, *compesco*; *stillir* vero, unde auctoris nostri *stilie* detortum, poëtica est *regis* s. *dominatoris* appellatio. Finnis autem olim gigantes s. jotnos, utpote viribus præstantes, in qvorum regione, mari glaciali finitima, habitarunt, imperitasse, et rei natura, et monumenta historica condocent, utut Thiassii sedes, Thrandhemiæ Norvegicæ vicina, ab his oris glacialibus et Gandvica aliqvanto remotior fuisse videatur. Verum poterit vox *finnstilie* paulo aliter exponi: subinde *finnr* et *iötun* sunt synonyma, qvod ex Heimskr. Snorrii, et qvidem vita Haraldi Pulchricomi, Cap. XXV, pag. 101. colligi posse videtur, ubi *Svasius* qvidam et *Finnus* et *gigas* vocatur, is nempe, cujus filiam *Snæfridam* uxorem rex adsciverat; poterit ergo vox *stilie* ejusdem haberi ortus et significatus, ac vox eddica *stauli* s. *sveinstauli*, qvod nomen Thoro deo contemtim indidit *Utgardalockius* ob staturam Thori,

qvalis ipsi videbatur, pusillam; verum sic vox scribenda fuisset *finnstylie*, qvod librarios facile fefellerit: hoc sensu *fiàlla finnstylie* est *montanus et giganteus homuncio*, qva appellatione per antiphrasin et sarcastice Thiassium insignivisse credi potest poëta; qvamqvam, ut verum fatear, prior mihi lectio et interpretatio magis arrideat.

LECTIONES VARIÆ.

Höstlangæ. Fragm. I.

Str. I. v. 1. c. R. er iötna. c. w. of iötna. V. 2. c. R. let of sòttvm. c. w. liett of sòttan. V. 3. c. w. bavrva hyriar. c. R. bravt a hyriar. c. T. biar à hyriar. V. 4. c. R. havg. c. w. havgs. c. R. *et* w. griòtvna. c. T. griòttùna. V. 7. c. T. blòda. c. B. *et* w. bròdr. V. 8. c. R. *et* w. vegr. c. T. vegi.

Str. II. v. 3. c. R. grapi. c. w. gvapi. c. T. gapi. V. 4. c. w. brinna. c. R. hrinna. V. 5. c. R. hafrir. c. w. hofdv. V. 6. c. R. *et* w. fram drògv. c. T. fyrir drògv. V. 7. c. R. sedr. c. w. seidr. V. 8. c. R. svavlnis. c. w. svolnis. c. T. solnis.

Str. III. v. 1. c. R. Þyrmdit. c. R. þverridit. V. 2. c. R. þar dòlgi. c. w. sakdòlgi. V. 4. c. R. vpphimin.

c. w. ràn himin. V. 5. c. r. mòti hr. c. w. mæti hr. c. t. mòti hröckir. V. 6. c. r. hreins haka r. c. w. beins haka r. c. t. hreins baka reinar. V. 7. c. r. vavgna. c. w. vogna. V. 8. c. t. vett s. b. þetti. *al.* varr s. b. þarri. c. r. vattr s. b. þatti. c. w. vatt s. b. þ·tti.

Str. IV. v. 1. c. r. gæti. c. w. giæti. V. 2. c. r. *et* w. ollo. c. t. avllu. V. 3. c. w. vnd iliar. c. r. oc iliar. V. 4. c. r. *et* w. vildv s. d. c. t. vissv s. d. V. 5. c. w. vardat. c. r. var þat. c. t. havrdvm. c. r. hördv. c. w. hurdu. V. 6. c. w. hravndrengr. c. r. hravndrengs. V. 8. c. r. fiöllama. c. w. fiöll lama.

Str. V. v. 2. c. t. fiàlfrs òl. giàlfra. c. r. fiàlbrs òlagra gialdra. c. w. fialbrs a lagra giàlbra. V. 5. c. r. *et* w. hne. c. t. kne. V. 6. c. r. gramr. c. w. gramm. V. 8. c. r. briòtr iormvnþr. c. w. br. vid iormvnþriòti.

Str. VI. v. 1. c. r. hardbrotinn. c. w. hardbrotin. V. 2. c. r. heimþingvdar. c. w. heimþingadar. V. 3. c. t. hiarna m. c. r. hinka m. c. w. hàra mæni. V. 4. c. r. hein. c. w. hæin. V. 7. c. w. *et* t. vikr vm st. c. r. virtr ofstockinn. V. 8. c. r. *et* t. eindrida bl. c. w. æmrida blodi.

Str. VII. v. 1. c. t. oc hneig ì hl. c. r. oc hneigi hl. c. w. or hneigi hlidom. V. 2. c. r. avlgefivm. c. w. avlgefion. V. 3. c. w. r. tyfs hit r. c. r. r. tyrs it r. V. 4. c. r. r. heyli b. gæli. c. w. heili böl giæli. V. 5. c. r. görla. c. w. giörla. V. 6. c. t. gardi þar off. c. r. *et* w. gardi þeir offardir. V. 7. c. r. bavgs þà er þifom (v. bifd) fàda. c. w. bavgs þà ek bifa fada. V. 8. c. r. bifkleif. c. w. biklcif.

Fragment II.

Str. I. v. 1. c. T. gialla giöldvm. c. w. geds at giöldvm. V. 3. *Hunc versum, qvi in* c. R. *et* c. w. *desideratur, ut in contextu, supplevit. J. O. vid. Notas.* V. 4. c. T. radd kleif. a. þ. c. w. radd sveif a. þ. V. 5. c. w. *et* T. ùframra. c. R. tyframa. V. 6. c. T. of far. c. w. ok far. c. R. ok fàr. V. 7. c. T. hreingàrv. c. w. hreingorv. c. R. hreingvtv, *forte pro* hreingavtv. V. 8. c. R. vefs o. þ. c. w. væz ok þiaza.

Str. II. v. 1. c. R. seggiondvm. c. w. seggivndvm. V. 2. c. T. snòtar ylgr. ì. m. c. R. sn. avrn ì. m. c. w. sn. ùlfr at mòti. V. 3. c. R. ì gemlis ham g. c. w. ì gemla h. g. c. T. ì gemlis hver g. V. 4. c. T. glamma ei f. s. c. R. *et* w. gl. a fyr skammv. V. 5. c. w. æsir. c. R. æssar. V. 6. c. w. àrgefnar. c. R. àrgnæfar. V. 8. c. T. bl. v. at seydi. c. R. bl. vandr à seidi. c. w. bl. vendr à s.

Str. III. v. 1. c. w. tormidladr. c. R. tormidladar. V. 2. c. T. medal beini. c. R. medal beina. c. w. medal leina. V. 3. c. R. hvat qv. h. snytrir. c. w. *et* T. hvar qv. h. snyrtir. V. 5. c. T. màlspakr. c. R. margspakr of n. m. c. w. margspakr orr n. m. V. 7. c. w. varat. c. R. vara.

Str. IV. v. 1. c. w. fyllar. c. R. fvllan. V. 2. födr m. *ipse substitui.* c. w. fet meila. c. R. fet mela. V. 3. c. R. hlvt. c. w. hlavt. V. 4. c. R. hrafn àsar vin blàsa. c. w. hrafn àsa vin làsa. V. 5. c. R. ving ravgnir. c. w. ving rognir. V. 7. c. w. þar er v. vorv. c. R. þar sem v. varv.

Str. V. v. 2. c. w. mavg vara. c. r. mavg vorv. V. 4. c. w. þrymseilar h. c. t. þrymseilar hvæ. c. r. þrvmseilar h. V. 5. c. r. *et* w. biòdi. c. t. brodi. V. 6. c. t. of þar l. c. w. ok þat l. c. r. at þat l. V. 7. c. t. ùsviptandi àsa. c. w. òsviptandi àsa. c. r. òsvifrandi òsa: V. 8. c. r. vpp þiòr hlifi ora. c. w. vpp þòr h. f. c. t. vpp þioz hlvti fiòra.

Str. VI. v. 1. c. r. *et* t. slidrliga. c. w. slidr loga. V. 3. c. r. *et* t. àt af eikiròtv. c. w. let af æikiròto. V. 4. c. t. niörnar. c. r. *et* w. morna. V. 5. c. w. *et* t. dræpi. c. r. drepi. V. 6. c. w. *et* t. balladan. c. r. ballastan. V. 8. c. r. herfàngs ofan ströngv. c. w. herfàng ofan stûngv. c. t. herfàngs ofan stàngv.

Str. VII. v. 2. c. w. *et* t. sigyniar. c. r. signyiar. V. 3. c. r. sà e. ö. r. eygia. c. t. sà - - ægia. c. w. þà e. ö. r. æygia. V. 4. c. w. i bavndvm. c. r. ì havndvm. V. 5. c. t. raman. c. r. *et* w. ramman. V. 6. c. r. *et* t. reimod. c. w. reimvd.

Str. VIII. v. 1. c. t. tìva. c. w. tìfa. c. r. tìfi. V. 2. c. r. fàngsæll. c. w. fàngasæll. V. 4. c. w. s. ùlfs fadir m. c. r. s. àlfs favdor m. V. 5. c. w. ofrvni. c. r. ofrvnni. V. 6. c. t. þùngr. c. w. þùngs. c. r. þûngrs. V. 7. c. t. et w. hvals màtti c. r. hvatz smàtti. V. 8. c. r. mildings, *pro qvo* meldings *substitui; vid. Nott.* c. w. midiûngs.

Str. IX. v. 3. c. t. þà es. c. r. *et* w. þà er. c. r. *et* t. æsa. c. w. àsa. V. 5. c. r. *et* t. Brvnnakrs. c. w. brvnakr. V. 6. c. r. *et* w. goda. c. t. gòdv. V. 7. c. r.

et T. þiòfr. c. w. þiòfs. V. 8. c. T. griòtnidodar. c. R. *et* w. griòtnidadar.

Str. X. v. 1. c. w. *et* T. brattra. c. R. biartra. V. 2. c. R. *et* T. byggvendor at þvì hryggvir. c. w. byggendor át þat hryggir. V. 4. c. R. *et* w. vdr nykomin svnnan. c. T. vdr nykvamin svdan. V. 5. c. R. gördvz. c. w. gerdvz; *pro qvo substit.* hittvz, *vel* hvòttvz. *vid. Nott.* V. 6. c. w. ingifreys à þingi. c. R. Ingafreys at þingi. V. 7. c. R. *et* T. vorv. c. w. varv.

Str. XI. v. 1. c. R. hrvnsæva hræva. c w. hrynseva hræfa; *pro qv.* hrynsiàvar hræva *substit. vid. Nott.* V. 2. c. w. *et* T. hvnd avlgefnar. c. R. hrvnd avlgefnra. V. 3. c. R. leidiþir oc lævi. *pro qv. substit.* leifiþir ocl. c. w. leidiþir at leva. V. 5. c. R. þ. s. veltr nema vælam. c. w. þ. s. vellt nema velvm; *pro qv.* vættr n. v. *substit.* V. 6. c. R. veidr mælir s. l. c. w. reidr myil s. l. *pro qv. substit.* veidir mylinn s. l. *vid. Nott.* V. 7. c. w. *et* T. mvn stærandi mæra. c. R. m. storandi mora. V. 8. *in* c. R. *et* w. *ultima vox deest.* c. T. loki teyia. *pro qv. substit.* deyia; *vid. Nott.*

Str. XII. v. 1. c. R. *et* T. heyrdac. c. w. heyrda ec. V. 2. c. R. *et* T. s. optà: leikom. c. w. s. ept à. leiko. V. 3. c. R. *et* T. hvgreynandi. c. w. hvgræynandi. V. 4. c. T. havks flòg b. a. c. w. havg flòg b. a. c. R. havdrs flvg biàlba a. V. 6. c. T. fiadra. c. R. fiadrar. c. w. fiadran. V. 7. c. R. *et* T. ern. c. w. egn. V. 8. c. R. *et* w. mornar. c. T. mornaz. *pro qv. substit.* niarnar; *vid. Nott.*

Str. XIII. v. 1. c. R. *et* w. hòfv s. e. skòfv. *pro qv. substit.* ivkv s. e. skòkv. *vid. Nott.* V. 2. c. R. *et* w. skavpt.

c. T. skavp. V. 3. c. w. svidnar. c. R. svinnar. V. 5. c. R. *et* w. þaz of ſat; *pro qv. subſtit.* þarz of fell. V. 6. c. w. *et* T. finnſtilia. c. R. finnz ilia. V. 7. c. R. *et* w. bavgs þà er biſom fàda. c. T. bavg þà er biſvm fàgda. V. 8. c. w. *et* T. biſkleif. c. R. barc leif.

MENDA EXSTANTIORA.

Pag.	lin.	pro		legendum.
III.	11.	Svesiæ	-	Sveciæ.
IV.	1.	uostri	-	nostri
V.	15.	*Hrungneriauam.*		*Hrùngnerianam.*
5.	22.	balenarum.	-	balænarum.
8.	15.	görta	-	görla
10.	4.	Brynd. et *muth.*		Brønd. et *mouth.*
-	10.	*baug.*	-	*haug.*
12.	4.	foecuuda	-	foecunda.
14.	21.	meretir	-	meretur.
18.	14.	tyekedes.	-	tyckedes.
24.	12.	loti.	-	Joti.
25.	4.	*ìòrmùnrþiòtr.*	-	*iormunþriòtr.*
26.	5.	qvippo.	-	qvippe.
30.	14.	*respendet.*	-	*resplendet.*
38.	12.	eygyniar.	-	sigyniar.
48.	24.	*macles.*	-	*machlis.*
51.	20.	iu.	-	in.
56.	4.	*impertiri);*	-	*impertiri;*
-	5.	*plocidus.*	-	*placidus.*
61.	7.	*lemùr.*	-	*lemur.*
63.	18.	*Tryggridæ.*	-	*Tryggvidæ.*
65.	24.	Bryndager.	-	Brøndager.
69.	7.	*leiſiþyr*	-	*leiſiþir.*
78.	21.	*incendiam.*	-	*incendium.*

DE

THORSDRAPÆ AUCTORE ET ÆTATE,

AD LECTOREM.

Carminis *Thorsdrapæ* qvis fuerit auctor, nullius eget indaginis, cum in omnibus Eddæ Snorrianæ locis, ubi vel istius poëmatis, vel alia poëtæ fragmenta citantur, *Eilivus Gudrunæ filius* expresse nominetur. Eatenus hoc solum observari meretur, qvod, cum *Gudruna* notissimum sit foeminæ, nunqvam autem viri nomen, evidens sit poëtam de matre sic vocatum, non vero, ut alias solenne, de patre, cujus itaque nomen in tanto historicorum de hoc vate scriptorum silentio, ignorare cogimur. Pro patris nomine, qvod alias vulgo, et olim et apud rusticos nostros hodieqve, liberis indi solitum, matris ideo nomen pro more temporum sortitus est Eilivus, qvod patrem vel impuber, vel infans, et forte nondum natus amiserit, apud matrem viduatam deinceps educatus, qvæ post fata mariti non modo suam inter populares æstimationem tuita, sed una cum filio qvandam etiam nominis

celebritatem sit adepta; hoc qvoties accidit, filius adultior, non ex patre mortuo, sed ex matre superstite nominari consvevit. Etsi in re tam nota exemplis vix opus esse rear, eorum tamen in gratiam, qvibus Septentrionis antiqvi consvetudines minus sunt familiares, unum alterumqve subjiciam.

Haraldus Grafeldus et fratres, Erici Blodöxii filii, qvi postqvam patrem, ab Hacone Adalsteini Alumno regno patrio expulsum, et in Anglia prælio cæsum, impuberes amiserant, Haraldi Gormidæ, Daniæ tunc regis, imprimis auxilio et consiliis paternam ulti cladem, et interfecto Hacone, Norvegiæ regno sunt potiti, ex matre, *Gunhildæ filii*, qvæ ipsa *Regum mater* (*Kònga mòdir*) dicta, ab historicis, ob rationem nobis supra memoratam, vulgo appellantur. *Sveno Estritius*, ut multis virtutibus et diademate danico qvondam inclytus, ita tot filiorum regum prole felix, de matre *Estrida* s. *Astrida* Estritii nomen accepit; is patre *Ulfo* Comite, jussu *Canuti Magni* Roschildæ occiso, juvenis orbatus, nomen matris, qvæ Canuti M. erat soror, deinceps, et ad nostra usqve tempora in historia retinuit. Sub finem seculi Xmi vixerunt in Islandia fratres, fortitudinis laude

celebres, *Helgius* et *Grimus*, *Droplogidæ* s. *Droplogæ filii*, ex *Droploga* matre, cujus pater fuit Comes Orcadum, ideo nominati, qvod patrem, virum etiam præclarum, undis casu submersum, infantes amiserant, intra maternos exhinc penates enutriti; horum fratrum Vita, historica licet veritate se commendet, in lucem nondum edita delitescit. Præter Eilivum nostrum duos poëtas allegat *Catalogus Poëtarum*, vulgo *Skaldatal*, itidem ex matre nominatos, *Steinum* nempe et *Olavum*, *Herdisæ filios*; hi fratres, utpote eadem matre *Herdisa*, cujus uterqve nomine gaudet, editi, qvominus credantur, intercedit ratio temporum, cum Steinus sub Haraldo *Severo* (*Hardràde*), atqve adeo seculo XImo, Olavus vero *Asbiörni Jonsonii* et *Gauti Melensis* Norvegiæ procerum poëta, et hinc seculo XIIItio, floruerit; plura hujus rei exempla cumulare nil attinet.

Quis vero noster fuerit Eilivus, aut ubi et qvando vixerit, et Thori Christique encomia cecinerit, investigare ejus qvidem interesse videtur, qvi carminis Eiliviani Thorsdrapæ qvod superest, typis vulgandum atqve interpretandum fuerit aggressus.

Qvod noster hic Gudrunides gente Islandus non fuerit, qvamvis ejus carmina, qvibus tempus pepercit, ad nos pervenerint ex Islandia, qvæ insula vatibus, olim tam fuit foecunda, ut per IV fere secula, qvibus sui illa juris liberam reipublicæ formam retinuit, toti septentrioni aulicos dederit poëtas, per qvos antiqvior historia, lingva et literatura borealis pro parte virili ab interitu fuit conservata, vel inde tuto colligitur, qvod Eilivi nostri nomen in *Libro Originum Islandiæ*, vulgo *Landnàma bòk*, non inveniatur. Hæc argumentandi ratio eo certior haberi poterit, qvo liqvidius constat, *Landnamæ* auctores, cura non minus solicita qvam operosa, recensuisse omnes, modo alicujus nominis, viros et poëtas, qvi inde ab insulæ, regnante in Norvegia *H. Pulcricomo*, habitari coeptæ primordiis, ad *Sturlungorum* usqve ævum, nimirum a septuagesimo seculi IXui, ad eundem circiter sec. XIIItii annum, in Islandia vel nati fuerunt, vel commorati. Si non æqve certum, veri saltem non minus est simile, qvod Thori hic encomiastes, et ipse Norvegus fuerit, et suum de Thoro poëma *Thorsdrapam* in Norvegia commentus; ex qva terra et incolarum plerosqve, et cum incolis gentilem Septentrionis Theologiam, cumqve

hac arcte connexam artis poëticæ facultatem et usum primitus nacta est Islandia.

Apud *Sturlæsonium* et alios historiarum scriptores Gudrunidæ hujus nomen et mentionem cum frustra qvæsiverim, meo qvodam jure exinde concludo, nostrum hunc Eilivum e eorum fuisse poëtarum numero, qvi aulas regum et principum non sectati, rerum ab iis gestarum memoriæ, factis a se carminibus prorogandæ, vel exiguam, vel nullam dederint operam. Hoc enim si fecisset, illius, non secus ac aliorum poëmata, ad stabiliendam narratorum fidem, ab historicis in subsidium vocata fuisse nulli dubitamus; qvod tamen uspiam factum comperire nobis non licuit. Genus carminum, qvo illustres viri celebrantur, attigisse poëtam, docere videntur fragmenta duo, qvorum unum exhibet *Edda Snorrii*, alterum *Skalda*; illa siqvidem ambo, ni fallimur, ex epicedio viri cujusdam, in gratiam progeneri facto, sunt desumta. Verum sive ille, qvi hic laudatur, juvenis, et factorum celebritatem nondum adeptus, sive publici rerum moderaminis exsors decesserit, de qvo nostram suo infra loco opinionem sumus daturi, ad rem histori-

cam illud poëma parum fecisse, vel ipsa historicorum taciturnitas coarguit.

Dictionis in fragmentis *Thorsdrapæ*, qvæ nobis sunt reliqva, dominantis, genus paulo penitius considerans, eo statim inclinavi, ut sec. Xmo et factum poëma, et vixisse poëtam augurarer; etenim sententiarum colores, et junctura verborum, hic plus habet artis affectatæ, qvam qvæ apud sec. IXni poëtas deprehenditur, seculi contra XImi et XIImi, neqvid de inferioribus dicam, poëtis et in regulis artis poëticæ observandis negligentior est *Eilivus*, et in vocibus obsoletis, priscæve Borealium poësi unice propriis, adhibendis magis licentiosus.

Publicæ porro religionis, seculo Xmo currente, in Norvegia conditio et fata, ævo Gudrunidæ pressius investigando haud parum lucis affundunt. Nimirum inter omnes, qvi Norvegiæ hoc seculo imperarunt, nemo ethnicæ majorum religioni fervidius addictus, qvam *Hacon Hladarum Comes*, qvi a morte Haraldi Grafeldi Norvegiæ dominatu potitus est. Hunc Haconem, suum hactenus in parte regni Nor-

vegici vasallum s. feudatarium, anno 988, ad auxilium contra *Ottonem III.* Germaniæ Imperatorem sibi ferendum arcessivit *Haraldus* . *Gormi filius*, cognomine Blaatand, Daniæ rex. Paruit Hacon, regique tulit suppetias. Victus tandem ab Imperatore ac ad fidem Christianam conversus Rex danus, Haconem, priusqvam abiret, ad se vocavit, cumqve venisset, ad amplectenda Christianorum sacra invitum coëgit. Hac, qvæ ipsi videbatur, injuria irritatus Hacon, in regnum Norvegiæ redux, cum obseqviis regi dano prius præstitis, tum novæ religioni renuntiavit, et qvoad deinceps vixit, Christiani nominis hostis implacabilis, antiqvi deorum gentilium, a qvibus ipse per *Sægmingum Odini filium* genus deduxit, qvorumqve præsentem in navali cum *Jomsvikingis* conflictu opem expertus traditur, cultus acerrimus exstitit propugnator. Ad hujus igitur principis dominatum referendos esse *Thorsdrapæ* natales cum ex subductis rationibus colligerem, in hac me opinione non leviter confirmavit inventum in Edda Snorriana ipsius Thorsdrapæ auctoris Elivi Gudrunidæ fragmentum, qvo Christum poëta collaudat. Etenim perspectu jam facile redditur, qvi factum sit, ut Eili-

vus, qvi regnante Hacone Hladarum Comite, ethnicorum totius Norvegiæ dominatorum ultimo, ethnicas Thori laudes carmine Thorsdrapa cecinerat, sub Haconis proximo successore, *Olavo Tryggvino*, qvi sui regiminis qvinqvennio universam Norvegiam ad Christi cultum perduxit, Christianus jam factus, Christum deinceps carmine celebraverit. Meam qvidem illam de Thorsdrapæ, ejusque auctoris ævo prius conjecturam ad certitudinem porro deduxit inspectus *Poëtarum Catalogus* (*Skaldatal*), qvi Eilivum Gudrunæ filium Hakonis Hladarum Comitis poëtis palam annumerat; qvod tamen non sic interpretandum arbitror, qvasi Gudrunides aulicus hujus principis poëta, et qvi ejus gesta cecinerit, qvod refragante historicorum silentio admitti non debet, sit habendus, sed qvod Hacone dominante, ejusqve in regno poëta floruerit; qvam notationem de pluribus, qvos ille Catalogus recenset, poëtis non esse supervacuam, nobis qvidem est persvasum.

Et effrenis ingenii calidioris impetus, et dictiones subobscenæ, proque nostri saltem gustu seculi pudoris et sexus parum reverentes, qvas in foeminas

giganteas, præsertim *Geirrodi* filias, utpote veneficas Thori et deorum hostes, qvavis verborum spurcitie condignas, suæ religionis zelo abreptus sibi poëta permisit, ætatis juvenilis, vel saltem florentis fervorem prodere videntur. Si igitur ultimis Haconiani regiminis annis, et qvidem post celebrem cum Jomsvikingis pugnam, anno 994 juxta *Schöningii* calculum, commissam, in qva a diis gentilibus adjutum victoriam abstulisse Haconem ethnici Norvegi credidere, Thorsdrapam commentus credatur Elivus, ipse tunc XXV. circiter annos natus, exeunte seculo Xmo, tricenario paucis aliqvot annis provectior, modo senilem viderit ætatem, qvod ad *Magni* usqve *Boni* et *Haraldi Severi* imperium, et ad medium ferę seculi XImi vitam produxerit, vero non est absimile.

In his, qvæ ad pervestigandam Eilivi et Thorsdrapæ ætatem in medium hucusqve protulimus, qvædam sunt, qvæ pro certis habeam; nimirum, qvod Hacone Hladensi Norvegis ab anno 977 ad 996 imperante, et infra annum 988, qvo abjecta fide Christiana, absolutum totius Norvegiæ imperium occupa-

vit Hacon, et ante annum 996, qvo ille princeps fuit occisus, Thorsdrapam composuerit. Reliqva, uti non certa, ita veris, qvam falsis propiora non negaturos arbitror, qvi et calculos temporum, et cætera, qvæ huc faciunt, eventuum momenta perpenderint.

Ista qvidem eo sunt excussæ consilio, ut illinc Thorsdrapæ antiqvitas diluceat, qvæ, si recte temporum rationes digessimus, octo jam secula sex vel novem annis transcendit. Ad hanc carminis vetustatem accedit et illud, qvod poëma sit ab homine gentili, et in gentilis dei honorem, profectum, qvodque patrio Septentrionis ethnici idiomate confectum, in argumento, vigente Borealium idolotatria, theologico, nunc nobis jam Christianis mythico versetur; quæ qvidem res, si a Græcis Romanisque discesseris, apud cæteras Europæ extra Scandinaviam gentes etsi non est nullius, ut opinor tamen exempli satis infrequentis.

De obscuritate carminis id solum addo, qvod inter veterum Borealium carmina, vel a remotiore ethnicismo reliqva, non legisse meminerim, qvod sensus

fuerit magis reconditi, adeo ut qvibusdam in locis, ad rei dictu alias inamoenæ nuditatem, qva pote, celandam hoc ipsum de industria a poëta factum sim suspicatus. In caliginosis hisce recessibus sicubi offenso nonnunqvam pede lapsus fuerit interpres, illi credo excusabunt, qvi reputaverint, facilius esse, inventis addere lucem, qvam prius non inventa e tenebris in lucem protrahere.

Qvod et plura de Thoro, qvam qvæ XIX fragmenti nostri strophis continentur, et præter Thori laudes alia etiam poëta cecinerit, et per se credibile, et iteratis Eddæ Skaldæqve patet indiciis; ab harum enim scriptoribus VI omnino locis adductæ sunt singulares carminum laciniæ, qvæ nostro Gudrunidæ diserte sunt adscriptæ, qvarum dimidiam partem suo sibi jure Thorsdrapa vindicat. De tribus reliqvis bina ad epicedium viri aut juvenis cujusdam illustris, in gratiam sororis superstitis ejusqve mariti factum, pertinere videntur; in qvam qvidem opinionem ipsa fragmentorum verba cum temporum eventis collata, nos induxerunt, et, ut mortis vel ipsius Haconis Hladarum Comitis, vel *Erlendi* ejus filii, eodem fere

anni 996, qvo pater, tempore occisi, mentionem ibi factam, ipsum vero poëma anno 1012 vel 1013 compositum conjectaremus, perpulerunt. Verum de his, ubi ipsa fragmenta explicatum ibimus, infra pluribus agetur. Unicum, qvod restat, Gudrunidæ fragmentum, qvoniam Christi præconia continet, qvin ex *Hymno in Christum* sit desumtum, dubitari neqvit; hic etenim Christo et regnum coeleste, et in omnes indigetes imperium poëta tribuit; nam *Ròms bavnd*, *Romanos divos* vocat *Angelos*, *Patriarchas*, *Prophetas*, *Evangelistas*, *Apostolos*, *Martyres*, et qvicqvid alias, ceu sanctum et venerabile Romana suo ævo Ecclesia suspiciebat; horum omnium principem poëta Christum appellat. Hic igitur Hymnus vel solus ostendit, Eilivum post mortem Haconis Hladarum Comitis Christo dedisse nomen; qvod sub Olavi Tryggvini, qvi Haconem in regno proximus excepit, imperio accidisse, etsi non certum, perqvam tamen est probabile.

Illinc vero si metrica illa Christi encomia ad imperium Tryggvidæ, qvod tam brevi duravit, referenda, qvis concluserit, nimis, ut arbitror, prope-

ianti non ideo statim adstipulamur. Nec enim tam altas in animis hominum radices egisse novam religionem, ab hoc rege per vim metumqve propagatam existimo, ut Christi laudes ultro cecinerint, nisi qvi regis reverentia et liberalitate eo inducti, et in aula versati fuerint, qvod de Eilivo credere dissvadent, et animus in pristinum idolorum cultum, inqve familiam ante regnatricem, cui cum Tryggvida internecinum fuit odium, haud dubie propensior, et historiæ, in laudes et gesta regis satis disertæ et copiosæ, adeo pertinax de poëta nostro silentium. Sub Haconis Hladensis filiis, qvi in Norvegiæ regno Tryggvidæ successerunt, Christum ab Eilivo carmine laudatum ideo non arbitror, qvod hi principes, ipsi licet Christiani, suum tamen in religionis negotio arbitrium subditis adeo permiserunt, ut ad priorem idololatriam eorum plurimi, historia teste, sint revoluti.

Verum sub *Olavo Sancto*, qvi, Haconis filiis regno exactis, rerum in Norvegia, anno 1015 potitus est, Christianæ religionis zelus, qvi prius refrixerat,

tantum cepit ardorem, ut rex primis sui dominatus annis, qvo priorem idolorum cultum penitus exstirparet, *jus* sanciverit *Ecclesiasticum*, qvo omnes Ethnicismi reliqviæ severe prohibitæ, et poena delinqventibus statuta; hæqve leges in singulis per universam Norvegiam provinciarum comitiis promulgatæ fuerunt; teste Heimskr. *in* Vita Olavi Sancti, Cap. LVIII. Tom. II. pag. 65. Hoc igitur tempore, seu iram et vindictam regis et cleri præmetuens, qvibus qvippe constitit, laudes Thori, ut ipsis haud dubie visum, scandalosas et seductrices, auctore *Eilivo* ante XX. circiter annos per *Thorsdrapam* in vulgus sparsas, in recenti adhuc popularium memoria vigere; sive qvo propriam poëta conscientiam, qvam juvenili Thori encomio homo jam dudum Christianus offendisse sibi videbatur, morti jam vicinior placaret, piacularem hunc *in Christum Hymnum* pepigisse censeri potest. Senile hoc, et, ut videtur, novissimum fuit poëtæ nostri carmen, eorem saltem, qvæ tulerint ætatem, qvorumqve aliqvod ad nos vestigium pervenerit.

Suis qvidem *Eddæ Snorrianæ Skaldæque* locis intercurrunt carminum aliqvot fragmenta, ex antiqvo

omnia, qvod mireris, in Christum Hymno itidem depromta. Hæc *Eilivo* cuidam tribuuntur, cujus cognomen, *Külnasveinus*, nunc additur, nunc omittitur. Utrum hic *Külnasveinus* cum nostro *Gudrunida* idem sit habendus, nec ne, pro certo æstimare nobis qvidem non integrum; si diversus fuerit, *Gudrunidæ* hunc *Kulnasveinum* ætate supparem, et illo aliqvot fortasse annorum lustris inferiorem cur credamus, rationes infra allaturi sumus. Hæc fere sunt, qvæ de auctore *Thorsdrapæ* vel scire lectoris referat, vel illi aut vera, aut veri saltem similia tradere nobis hactenus licuerit.

Qvo prævius qvidam in mythicum, qvod *Thorsdrapa* tractat, argumentum, prospectus pateret, *mythum Eddæ Snorrianæ*, huc facientem, poëmati præmisimus; non qvalem eum exhibet *Edda Reseniana*, cujus *Fabulæ LVII* respondet, sed ex *Codice Regis* descriptum, qvi *Wormiano* pariter ac *Reseniano*, ut suæ propior origini, est sincerior; *Reseniano* certe aliqvanto est plenior, et ambobus longe plerumqve correctior. Huic qvalescumqve nostras, latinam danicamque, in lectoris gratiam, versiones adjecimus.

Illud deniqve verbo monuisse satis fuerit, qvod iisdem membranarum, *Codicis* nempe *Regii*, *Wormiani*, et aliis, qvæ *Höstlangæ* fragmenta abhinc biennium interpretanti adfuerunt, cum in *mytho eddico*, tum in *Thorsdrapæ*, et reliqvis carminum fragmentis edendis nunc sim usus; qvibus adeoque *variæ*, qvæ horsum pertineant, *lectiones* debentur.

Havniæ Idib. Octobr. MCCMI.

ANTIQVITATUM BOREALIUM

OBSERVATIONES MISCELLANEAE.

SPECIMEN SEPTIMUM.

I. *De* THORO, GEIRRODGARDOS *profecto*; *Mythus Eddæ Snorrianæ, ex Codice Regio et Wormiano.*

II. THORSDRAPÆ, *sive, de eadem* GIGANTOMACHIA THORI GEIRRODIANA *carminis fragmentum continuum; auctore Eilivo Gudrunæ filio, seculi Xmi poëta; cum perpetuo in verba et sensum commentario.*

III. *Ejusdem auctoris reliqva, qvae in Edda supersunt, fragmenta poëtica, qvorum tria manifestæ sunt carminis Thorsdrapæ laciniæ. Accedunt alterius* EILIVI, *cognomine* KULNASVEINI, *priore, ut videtur, aliqvanto recentioris, sed ipso Snorrio antiqvioris poëtæ, ex veteri in* CHRISTUM *Hymno, V. fragmenta.*

Þòrr ferr til Geirrodargarda.

Vr Eddv Snorra.

Mikillar fràsagnar er þat vert er þòrr fòr til Geirrodargarda. Þà hafdí hann ei hamarinn Miöllni eda Megingiardar eda Jarngreipvr oc olli þvi Loke. hann fòr med honvm. þviat Loka hafdi þat hendt þà er hann flavg eino sinni at skemta ser med valsham Friggiar at hann flavg fyri forvitni sakar i Geirrodargarda oc sà þar

Thors Reisefærd til Geirrodsgaard, en Eddisk Mythe.

Om Thors Færd til Geirrodsgaard er meget værdt at fortælle; da havde han hverken Hammeren Mjølne, eller Styrkebæltet eller Jernhandskene hos sig, hvilket

De Thoro, Geirrodgardos profecto,

Mythus Eddicus.

*Perqvam memorabile est iter **Thori**, qvo **Geirrodgardos** (Geirrodi oppidum) petivit; neqve tum secum habuit malleum **Miolnerum**, nec **Roboris balteum** (Cingula roborifica), nec **Chirothecas ferreas**; cujus auctor erat **Lockius**, ipsius in hoc itinere comes. Acciderat enim **Lockio**, cum forte accipitris alarum, qvod **Friggae** erat, remigio usus animi gratia*

Locke forvoldte, der fulgte med hannem. Thi det havde hændet Locke, der han eengang for at fornøje sig var fløjen ud i en Høgs Ham, der tilhørte Frigge, at han af Nysgiærrighed kom til Geirrødsgaard, og saae der et stort fyrsteligt Huus, hvor han satte sig, og kigede ind ad Vinduet. Gierrød saae til ham, og befol at man

havll mikla. settiz þar à oc sà inn of glvgg. en Geirrodr leit imòti honvm oc mælti at taka skylldi fuglinn oc færa ser. en sendimadr komz navdvliga à hallar vegginn. sva var hann hàr. þat þòtti Loka gott er hann sòtti erfidliga til hannz. oc ætladi ser stvnd at fliùga ei vpp fyrr enn hann hafdi farit allt torleidit. En er madrinn sòtti at honvm þa beinir hann flvg'n oc spyrnir vid fast. oc erv þà fætvrnir fastir. var Loki tekinn þar havndvm oc færdr Geirrodi iotni. En er hann sà i avgv hanns þà grvnadi hann at madr mvndi vera oc bad hann mæla en Loki þagdi. þà læsti Geir-

skulle tage Fuglen, og bringe sig den. Men den der blev sendt havde ondt ved at komme op paa Husets Vægg, saa høj var den. Locke syntes godt om, at det kostede Manden Møje at komme til ham, og gav sig Tid til, ikke at flyve før op, end han havde klavret over alt det vanskeligste. Men da Manden var kommen ham

in Jötunhemiam avolaret, ut ad urbem Geirrodi speculaturus se conferret; hic cum aulam videret ingentem, illic adstitit, et per fenestram introspexit. Hunc adversum conspicatus Geirrodus præsentium cuidam præcepit, ut avem captam sibi afferret; missus ille in parietem, qvippe prœaltum, ægre nitebatur. Molesto hoc hominis ad se scandentis labore delectatus Lockius, distulit volatum, donec ille maxima adscensus difficultate esset defunctus. Ut vero is appropinqvavit, alas qvatiens Lockius, et pedibus fortiter obnitens, per auras se proripere conabatur; at pedibus tunc fixis domui adhæsit; ideoqve prehensus Geirrodo giganti traditur. Avem obtuitus, et hominem subesse ex oculis suspicatus, loqvi

nær, slaaer han med Vingerne for at flyve bort, og rykker stærk paa Beenene; men nu vare disse faste. Locke blev da greben og bragt til Jætten Geirrod. Men da han saae ham i Öjnene, fattede han Mistanke om, at det var et Menneske, og befalede ham at tale; men Locke taug. Derpaa luckede Geirrod Locke ind i en Ki=

rodr Loka i kistv oc svelti han þar þrià mànvdv. En þà er Geirrodr tòk hann vpp oc beiddi hann orda sagdi Loki hverr hann var. oc til fiörlavsnar vann hann Geirrodi þess eida at hann skylldi koma þòr i Geirrodargarda sva at hann hefdi hvarki hamarinn ne meigingiardar. þòrr kom til gistingar til gygiar þeirrar er Gridvr er kavllvt. hon var mòdir Vidars hins þavgla. hon sagdi þòr satt frà Geirrodi at hann var iotvn hvndvìss oc illr vidvreignar. hon ledi honvm megingiarda oc iàrngreipvr er hon àtti oc staf sinn er heitir Gridarvavlr. þà fòr þòrr til àr þeirrar er Vimvr heitir allra

ſte, og lod ham der ſulte i 3 Maaneder. Men da Geirrod ſiden tog ham op, og bed ham at tale, ſagde Locke hvem han var; og for at frelſe ſit Liv, gjorde han Geirrod Eed paa, at han ſkulle mage det ſaa, at Thor kom til Geirrods Gaard uden at have enten Hammeren eller Styrkebæltet. Thor tog ind om Natten til en Trold-

eum jussit gigas; sed obstinatus tacuit Lockius. Tum cistæ inclusum Lockium inedia trimestri Geirrodus maceravit. Sumtum deinceps ad loqvendum solicitavit; et jam Lockius, qvis esset confessus, vitamqve a Geirrodo pactus est ea lege, ut juratus ipsi promitteret, facturum se, ut Thorus et Malleo et Roboris balteo destitutus Geirrodgardos veniret. Eo igitur tendens Thorus ad dryadem qvandam, nomine Gridam, Vidari Taciturni matrem, divertit. Hæc vera Thoro de Geirrodo referens, dixit eum esse gigantem multarum rerum peritum et ferocem; ipsiqve Balteum roborans, chirothecas ferreas, qvæ illi fuerunt, simulqve scipionem suum, qvi Gridarvölr (Gridæ bacu-

qvinde, som hed Gride; hun var Vidar den Tauses Moder. Denne berettede Thor det sande fra Geirrod, at han var en Jætte, der vidste mange Ting og ikke god at komme i Kast med. Hun laante ham et Styrkebælte og Jernhandsker, hun ejede, og sin Stav som kaldes Grides Stav. Thor kom nu til en Aa, der hedder Vi-

àa mest. þà spenti hann sik megingiavrdvm oc styddi forstreymis gridarvavl. en Loki helt vndir megingiardar. Oc þà er þòr kom a midia àna þà òx sva miök àin at vppi bravt à avxl honvm. þà qvad þòrr þetta;

vaxatto nv Vimvr
allz mic þic vada tìdir
iotna garda i.
Veiztv ef þv vex
at þà vex mer àsmegin
iamnhàtt vpp sem himin.

mur, en meget stor Elv. Her spændte han da Styrkebæltet om sig, og støttede sig mod Strømmen ved Gridestaven, men Locke holdt ved Styrkebæltet. Da Thor kom midt i Aaen, voxede den saa stærk, at Vandet spillede ham over Skuldrene. Da qvad Thor dette:

Vox ikke du Vimelv
da mig dig vade lyster

lus) *dicitur*, *commodavit. His instructus ad amnem, qvi omnium fluminum maximus* Vima *vocatur*, *pervenit. Hic Cingula roborifica sibi circumdedit*, *Gridæqve baculo contra torrentem innixus*, *comite* Lockio, *qvi balteum ejus manu tenebat*, *fluvium ingressus est. Cum medium jam fluminis alveum* Thorus *teneret*, *tanta subito alluvie exæstuavit amnis*, *ut gradientis humeros aqva transultaret. Excidere tum* Thoro *versiculi seqventes*:

Ne exauge Vima *vortices*
In me, *pede te transiturum*,
Et Iotnicas sedes petentem!
Nostine, *modo inæstuare pergas*,
Robur mihi deorum
Vel coelo tenus auctum iri.

til Jætters Boliger.
Veed du, om du voxer
da voxer mig Guders Kraft
ligehøjt som Hymmelen.

Da seer Thor op til Biærgekløften (hvor Aaen faldt igiennem) at Gialp Geirrøds Datter stod paa begge Sider af Aaen, og forvoldte dens Tilvæxt. Thor tog

þà ser þòrr vppi Gliùfrvm nokqvorvm at Giàlp dòttir Geirrodar stòd þar tveim megin àrinnar oc gerdi hon àrvöxtinn. þà tòk þòrr vpp vr àuni stein mikinn oc kastadi at henni oc mælti svá. at æd skal à stemma. Eigi misti hann þar er hann kastadi til. og i þvi bili bar hann at landi oc feck tekit reynirvnn nokqvorn. oc steig sva or ànni. þvi er þat ordtak haft at reynir er biavrg þòrs. En er þòrr kom til Geirrodar þà var þeim felavgum vìsat fyrst ì gestahùs til herbergis. oc var þar einn stòll til sætis oc sat þar þorr. þà vard hann þess varr at stòllin fòr vndir honvm vpp at ræfri.

nu en stor Steen op af Elven, kastede den til hende og sagde: I Vældet skal Aa stemme. Han feilede ikke gierne hvor han kastede til; og i det samme naaede han Aabredden og fik fat i en Rønnebusk, og kom saa op af Aaen; deraf er den Talemaade: Rønnen er Thors Redning. Men som Thor kom til Geirrods Bolig, anviste

Versus superiora montis prærupta, (per qvæ amnis se proruit) respiciens Thorus, hic stantem cernit Gialpam, Geirrodi filiam, qvæ utramqve fluminis marginem divaricando complexa, amnem proluvie irritabat. Hic Thorus ingentem ex fundo fluminis lapidem correptum in illam contorsit, ictu non aberrante destinata ferire svetus, dixitqve: prope scaturiginem amnis est obstruendus. Mox ripæ illum æstus admovit, ubi oblatum forte sorbi fruticem prehendens, escendit ex fluvio; iccirco veteri dicitur verbo: sorbus Thori servatrix. Ubi autem ad Geirrodi sedem perventum, in domum, qva hospites excipi solebant, ad pernoctandum Thorus cum sociis primum inducitur. Hic unica erat

man disse Reisende et Giestehus til Natteherberge, hvor der kuns var een Stol at sidde paa, hvor Thor da satte sig. Da blev han det vaer, at Stolen under ham hævedes op til Taget. Thor satte Gridestaven op imod Sparværket, og trykkede sig fast ned paa Stolen; derpaa knagede det stærk, hvormed fulgte store Skrig.

hann stack gridarvæli vpp i raptana oc let sìgaz fast à stòlinn. vard þà brestr mikill oc fylgdv skrækir stòrir. þar havfdv verit vndir stòlinum dætvr Geirrodar Giàlp oc Greip. oc hafdi hann brotit hrygginn ì badum. Þà qvad þòrr.

Einv neyttac
àsmegins
iotnagavrdvm i.
Þà er Giàlp oc Greip
Geirrodar dætor
villdv hefia mic til himna.

Der under Stolen havde Geirrods Døttre Gialp og Greip været, og havde Thor brækket Ryggen i dem begge. Nu qvad Thor:

Engang jeg brugte
Guddoms Kræfter
i Jotners Boliger;

sella, in qva se Thorus composuit; eam vero sibi subjectam ad tecti usque cratem levari cum sentiret, Gridæ baculo tecti tignis impacto, sellam et pondere et nisu gravis depressit. Exstitit tum crepitus ingens, qvem acutæ ejulantium voces seqvebantur. Fuerant nempe subter sedili filiæ Geirrodi, Gialpa et Greipa, qvarum utriqve tergum sessor infregerat. In hanc rem ita Thorus:

Divinis ego viribus
Semel usus annitebar,
Iotnicis in tractibus;
Ubi me Geirrodiades
Gialpa et Greipa sorores
Ad astra levare volebant.

da Gialp og Greip
Geirrods Døttre
vilde hæve mig til Himmels.

Nu lod Geirrod kalde Thor til sit Hof for at lege; der vare store Baalilde langs af Stuegulvet. Men som Thor kom ind i Stuen ligefor Geirrod, da tog Geirrod

Þà let Geirrodr kalla Þòr i havllina til leika. Þar vorv eldar stòrir eptir endilàngri havllinni. En er Þòrr kom i havllina gagnvart Geirrodi Þà tòk Geirrodr med tavng iàrnsìv glòandi oc kastar at Þòr. en Þòrr tòk ì mòti med iàrngreipvm. oc færir à lopt sìvna. en Geirrodr hliòp vndir iàrnsùlv at forda ser. Þòrr kastadi sìvnni oc lavst gavgnvm sùlvna oc gögnvm Geirrod oc gögnvm vegginn oc sva fyrir vtann i iördina. Eptir Þessi savgv hefir ort Eilifr Gydrvnarson ì Þòrsdràpv.

med en Tang en gloende Jernkile og kastede den til Thor. Men Thor greb den med sine Jernhandsker og førte Kilen i Veiret. Men Geirrod, for at undgaae, løb bag ved en Jernstolpe. Thor kastede Kilen med den Fart, at den gik igiennem Stolpen, igiennem Geirrod og igiennem Væggen, og saa udenfor i Jörden. —

Geirrodi deinde jussu ad ludos in aulam Thorus arcessitur. Ardebant in pavimento ignes, qva in longum ædes aulica patebat. Huc ingressum Thorum cum sibi adversum haberet Geirrodus, ignitum ferri spiculum, forcipe correptum, in Thorum jaculatus est; advolans illud Thorus ferratis excepit manibus, et sublime retorsit. Ictum vitaturus Geirrodus pone columnam ferream se stitit; tanta vero vi Thorus excussum adegit jaculum, ut et columnam illud, et Geirrodum, et parietem transverberaret, porroqve in terram iis exteriorem penetraret. Hanc secutus traditionem Eilivus Gudrunae filius *in* Thorsdrapa *(carmine) commentatus est.*

Efter denne Fortælling haver Eiliv Gudruneson digtet i Thorsdrapen.

Vr Þòrsdrâpv

Eilífs Gvdrvnar sonar.

I.

Flvg stalla red fellir
forniotz goda at hvötia
driùgr var loptr at liùga
lögseims fadir heiman.
Gedreýnir qvad greinar
gavtz herþrvmv bravtir
vilgi tryggr til veggiar
viggs geirrodar liggia.

Et sammenhængende Fragment af Digtet Thors-drápa; en Lovsang om Guden Thor, og hans Reise til Geirrodsgaard.

Str. 1.

Søslangens Fader Loft var drøj,
ved Løgn at egge hjemme fra

Thorsdrapæ,

Carminis de Conflictu Thori Geirrodiano,

Fragmentum continuum;

Auctore Eilivo Gudrunæ filio.

1.

Redigo: Loptr lögseims fadir red hvötia (hvetia oc) var driùgr at liùga Forniòtz flvggoda stalla fellir heiman. Vilgi tryggr gedreyner gavtz herþrvmv viggs qvad liggia greinar bravtir til veggiar Geirrodar.

Interpretor: Auri partor Loptus svasu et mendaciis effecit, ut is, qvi fugaces gigantum deos pulvinaribus deturbat (*Thorus*), domo abiret. Animum pertentans custodis bellitonantis rhedæ (*Thori*), suapte perfidus (*Lockius*), dixit vias ad ædes Geirrodi expeditas ducere.

af drage ham, der hine flygtige
Forniots Guders Altere omstyrter.
Stridtornend' Fartøjs Styremands
Fortrolige, skiønt ei paalidelig,
hvad gienne Veje føre
til Geirrods Hiemmegaard.

II.

Gedstràngrar let gavngv
gamleidis þòrr skavmmv
fystoz þeir at þreysta
þorns nidivm sik bidia.
þà er giardveniodr gördiz
gandvìkvr skotvm rìkri
endvr til ymsa kindar
idia setvrs frà þridia.

III.

Gerr vard ì favr fyrri
farmr meinsvarans arma
sòknar happs med svipti
sagna galdvrs enn ravgnir.

2. Længe lod Thor sig ikke bede
Om den diærvmodige Reise
fra Odin; de havde begge Lyst
at knyste Kiæmpeslægten.
da den til Styrkebæltet vante
blev seierrig ved Skud, tilbagesendt

2. *Red.* Þòrr let sik skavmmv bidia gedstrångrar gavngv; þeir fystvz at þrysta nidivm þorns: þà er giardveniodr frà þridia gördiz rikri gamleidar endvrskotvm til ymsa kindar gandvìkvr idia setvrs.

Interpr. Brevi a se impetrari passus est Thorus iter animosum et arduum; giganteam progeniem opprimere ambo cupiebant; cum Asgardo profectus baltheo cingi svetus (*Thorus*), jaculum in Ymeri nepotem, Idianæ ad Gandvikam sedis (*dominum Geirrodum*) per auras retorqvendo superior evaderet.

3. *Red.* Farmr arma meinsvarans vard fyrri ì favr med' happs svipti galdvrs, enn sagna ravgnir gerr sòknar. Ek þyl, manntælor spendv ilia gavpnvm grìmnis grannstravma hallar opnis gallàmo endills.

Interpr. Is (v. ea), qvem (v. qvam) perduellis (deorum) amplectitur, (*Geirrodus* v. *Gialpa*), fallente

ad Gammens Vej, til Jættesøn,
som ved Gandvigen har sit Troldesæde.

3. Hun, som af Guders svorne Fjende
omfavnes, blev nu før paa Vej,
med Troldoms mislingede Forsøg,
end angrebslystne Menneskers Regent.

Þyl ek grannstravma grìmnis
gall manntælor hallar
opnis ilia gavpnvm
endills àmo spendv.

IV.

Oc gangs vanir gengv
gvnn vargs himintavrgv
fridar vers til fliòda
frvm seyris kom dreyra.
Þà er bavlkveitir briòta
bragdmildr loka vildi
brædi vændr à brùdi
bàg sef grìmnis màga.

Det er fortalt, at Mandfolks Lockeher
Jotunheims susend' Grænsestrøms
fjældaabne seilbare Rende
med Fødder skrævende omspændte.

4. Da de, i Kamp til Sejer vante,
Fredsforstyrrernes høje Land betraadte,

veneficiorum successu, conatis prior institit, qvam hominum moderator (*Thorus*), hostis impetendi qvamvis avidus. Tradunt pellaces virorum (*Greipam* et *Gialpam*), terminalem Jotunhemiæ, per derupta montis cum murmure proruentis æqvoris orcam (*Vimam*) pandis pedum plantis circumplexas.

4. *Red.* Oc gvnngangs (gagns) vanir gengv himintavrgv fridar vargs, frvm kom seyris deyra til vers fliòda; þà er bragdmildr (oc) sefbrædi vændr bavlkveitir loka vildi briòta bàgmàga à grìmnis brùdi.

Interpr. Et pugnando vincere sveti editam per humum rebellis (*Geirrodi*, scil. *montana Jotunhemiæ*) iter faciebant; tum primum exstitit impuri liqvoris (*urinæ*) giganteis copia foeminis; cum prodigus fraudum Lockianæ cladis cupitor (*Geirrodus*) pro solita præcipitis animi ira importunos (*gigantum*) affines (*Thorum* et *Lockium*) in Jotunhemia opprimere vellet.

fik Jættepigerne først Evne
til uhumsk Vandeflæen.
Da Lockes skadefroe Fiende,
i List forsøgt, til Vrede hastig,
udi sit eget Land omkomme vilde
Jætternes uvelkomne Svogre.

V.

Oc vegþverrir vavrrv
vann fetrvnnar navnnv
hialltz af hagli olltnar
hlavpàr vm vergavpv.
Miök leid or stad stavckvir
stikleidar veg breidan
vrdar þriòtz þà er eitri
æstr þiòdar fnæstv.

VI.

Þar i mavrk fyri markar
màlhvettan bvr settv
ne hvælvavlor hallar
hàvskotnadar svàvo.

5. Og han, som Troldeviv beskjæmmed',
nedaabne Jættedros med Nævesteen,
af brusend' Elv, saaledes slog,
at hun afrunden tumled' om.
Han, den vældige, der ellers flux
Bjergjætters trodsig Flok ad Marken slaaer,

5. *Red.* Oc vegþverrir fetvavrrv afrvnnar (*pro* rvnninnar) oc vm olltnar (*pr.* olltinnar) vann hialltz hagli hlavpàr vergavpvnavnnv; æstr stavckvir vrdaı þriòtz þiòdar leid or stad veg miök breidan stikleidar, þà er fnæsto eitri.

Interpr. Pudefactor oreadis bene cunnatæ et deturbatæ, qvæ jam eminxerat, pugillaris saxi, ex æstuante fluvio sublati, ictu vicit gigantidem (*subtus*) hiulcam. Acer fugator infestæ gentis saxicolæ (*Thorus gigantum*) in vado, pede stabili trajiciendo, gradu perlate depulsus est, cum virulentos (*in se*) vortices prorumperent (*sorores Gialpa et Greipa*).

6. *Red.* þar settv i mavrk fyri màlhvettan markar bvr; ne hallar hvælvavlor hàvskotnadar svàvo. Knàtti fedio hlymþel (*pro* hlymþvel) glymia vid mavl hreggi havggvinn, en fellihryn þavt med fialla stedia.

fra Vadſti vidt blev dreven af de Søſtre,
der edderſtygge Strøm mod ham udgjød'.

6. Ad Marken til paa Luur de ſatte
for Jordens Søn, den til Gjenmæle de nødte,
og Heretroldene fra Biærget
landſtrygende til Søvns ei ginge.

knàtti hreggi havggvinn
hlym þel vid mavl glymia
en felli hryn fialla
fediv þavt med stedia.

VII.

Hardvaxnar ser herdi
hall landz of sik falla
gatat mar niòtr hin neytri
niard ràd fyri ser giardar.
Þverrir lætr nema þyrri
þvſs barna ser niarnar
sneri blòd til svira
salþax megin vaxa.

Strømpidſket Sand lød af højſkudte Qvinders
udbruſend' Vand, og den ſig fra Jættindens
viidaabne Væld fremſtyrtend' Flod
faldt tudend' ned ad ſteile Fjældeklippe.

7. Hiin ſtrænge As, haardſpændte Styrkebæltes
Benytter, ſig nu ſeer af Klippelandets

Interpr. Ibi foras cucurrerunt obviam terræ filio (*Thoro*), eumqve loqvi cogebant; nec vasto corpore vagantes rupium balænæ (*gigantides Gialpa et Greipa*) dormiebant. Sonorus lotii imber e faunæ mejentis specu in arenam nimbo verberatam detonuit; procella desæviens per prærupta montium obmurmurabat.

7. *Red.* Herdiniòtr niardgiardar ser hardvaxnar (pr. hardvaxinnar) hall-landz mar of sik falla; gatat hin neytri ràd fyri ser. Þverrir þvſs barna lætr ser vaxa megin til niarnar salþax, nemaþyrri; blòd sneri til svìra.

Interpr. Asper arcte cingentis baltei possessor (*Thorus*) videt duricorporis (*Gialpæ*) montanum gurgitem in se proruere; utiliorum pro salute consiliorum non fuit copia. Dicit (igitur) giganteæ stirpis vastator (*Thorus*), vires sibi ad coelum usqve auctum iri, ni minueretur (alluvies fluminis); sangvis ad cervicem se convertit.

ſtærkbygte Døttres Søe ombølget;
til gode Raad her var ej Lejlighed.
Den Jættebørns Formindſker ſagde;
hvis Floden ej aftog, ham ville voxe,
til Hoved Blodet ſteeg, da Guddomskraft
til Troldeboligs Himmeltag.

IIX.

ȯdv fast en fridar
flavt eidsvara gavta
setvrs vikìngar snotrir
sverd rvnn at feng vnnar.
þvrdi hravnn at herdi
havdvrs rann kyqva navdar
iardar skafls af afli
àfs hretvidri blasin.

IX.

Vnnz med yta sinnì
aflravn var þat skavnar
à seil himin siòla
siàlflopta kom þiàlfi.

8. Odins eedsvorne Tilhængeres de snilde
Beskyttere, der vod' svælgdyben Hyl;
forborgne Kilde sprang, og deden
nedskyllend' Flod løb heftig paa.
Hos strænge Gud Armnoddens høje Sæde
ei feiled' Strøm, der vældigen udøst,

8. *Red.* Snotrir vìkingar gavta fridar eidsvara òdv feng vnnar; en sverd setvrs rvnn flavt fast at. Hravnn iardar skafls af afli blàsin hretvidri þvrdi at kyqva navdar havdvrs rann herdiàfs.

Interpr. Egregii Odiniano cultui fideliter addictorum propugnatores (*Thorus et socii*) aqvas pervadebant; at fluor obscænæ sedis (*urina Gialpæ gigantidis*) vehementer inundavit. Procellosus montani gurgitis æstus non defecit celsis acerrimi dei (*Thori*) scapulis.

9. *Red.* Vnnz þiàlfi med yta sinni kom siàlflopta à siòla skavnar seilhimin; þat var aflravn; hreckmimis eckior àdo stravm stàli stridan; stridlvndr steypir stòphnìso fòr med grìdar vavl.

Interpr. Donec cum opitulante comitatu Thialbius in præaltam regiæ terræ marginem ex alveo (flu-

fra Giældebrinken ned
sig stormeviis nedstyrted'.

9. Indtil selvløftet Thialfe,
ved Følgesvennes Hiælp,
slap op, det kosted' Kræfter,
paa Fyrstelandets høje Bredde;

àdo stàli strìdan
stravm hreckmìmis eckior
stòphnìsv fòr steypir
strìdlvndr med vavl grìdar.

X.

Ne diùp ì korn dràpv
dòlg vams fìrvm glamma
strìd qvidiondvm stavdvar
stall vid rastar falli.
Ogndirfin hlavt arfi
eids feirdar hvg meira
skelfra þòrs ne þiàlfa
þròttar steinn vid òtta.

de skielmske Troldeqvinder
udvælde lod' en Strøm, for Skibestavn for striid;
men han, som styrtede Jættinden,
stridsindet gik ved Grides Stav sig styttend'.

10. Hos hine Mænd, som Striid forkyndte
den fiendske lede Trærings Land,

minis) non sine virium periculo, ultro pendulus evaderet; dolosæ gigantides profluere fecerunt navibus vix pervium (v. præcipitem) gurgitis torrentem; animo pervicax gigantidis percussor (*Thorus*) Gridæ baculo gradiens nitebatur.

10. *Red.* Ne korn dràpvi (à) stall firvm, dòlgvams stavdvar strìd qvidiondvm, vid diùprastar glamma falli; arfi eids feirdar (fiardar) hlavt meira ògndirfin (diarfan) hvg; skelfra Thors ne þiàlfa þròttarsteinn vid òtta.

Interpr. Nec viris, maligni tenebrionis (*Geirrodi*) sedi (*Geirrodgardiae*) bellum indicentibus (*Thoro et sociis*) corda palpitabant (in scamnum subsidebant) ad stridulam alti vorticis ruinam. Hæres fidem (diis) abjurantis (*Geirrodi Thorus*) ad terrores audaciorem cepit animum. Nec Thori nec Thialbii animi (index et custos) lapillus (cor) præ metu pavitat.

sank Hiertet ej til Bænks
ved dybe Svælges Fald.
Eedbryderens blev Arving
ved Farer mere dristig;
Ei Thors, ei Thialfes Hiertesteen
af Rædsel bævede.

XI.

Ok sìfvna sìdan
sverdz lid hattar gridv
hlìfar bordz vid havrda
hardgleyfnir kyn bardi.
Advr hylridar heidi
hriòdvdr fiavrv þiċdar
vid skildbreta skytiv
skàl eik hedins reikar.

XII.

Dreif med dròttar kneyfi
dòlg svìþiòdar kòlgv
sòtti ferd à flòtta
fles dròtt ìvo nesia.

11. Staalhandsket As med haarde Steen
derefter Tøsen traf, den immer vædskerige,
hiint Kildevæld blev stemt,
man ellers plejer at skaane.
For han holdt Skydedyst mod skiolded' Strandkadetter,
der Dybelverytterskerr jog fra sin Post,

11. *Red.* Oc hardgleyfnir bardi sìdan sìfvna gridv havrda vid kynsverdz hattar hlìfar bordz (pr. bvrdz v. bvrdar) lid. Skàleik Hedins reikar, àdr hriòdvdr hylridar heìdi (hædi) skytiv vid fiavro þiòdar skìldbreta.

Interpr. Et dure manicatus (*Thorus, ferreis armatus chirothecis*) deinceps puellam perpetim exæstuantem (*mejentem*) lapide verberavit ad sexualis hastæ vaginæ tegendum (*pudendum*) pariendi membrum. Qvæ Hedino pocula ministrat (ɔ: *Hedini uxor Hilda, Borealium Bellona*) vagatur (ɔ: *pugna jam coepta fuerat*), priusqvam alti vorticis eqvitis, (*Gialpæ*) profligator (*Thorus*) cum clypeatis litorum accolis (*gigantibus*) jaculando confligeret.

12. *Red.* Dòlgferd dreif (oc) kòlgv Sviþiòdar ìvo nesia flesdròtt sòtti à flòtta med kneyfi dròttar; þà er fvnristils fasta flòdrifs danir stòdv, knàttv ùtves iolnis ættir lùta fyrir.

hiin Bægetets Ombærerinde
i Hedins Drikkelav var alt i Gang.

12. Hiin Fiendeflok, og de der boe
i Obiflodens Næssesfkjær,
udi Scythers kolde Land, da smurte Hafer,
og drev' paa Flugt, med Hærs Anføreren.

Þà er fvnristils fasta
flòdrifs danir stòdv
knàttv iolnis ættir
ùtves fyrir lùta.

XIII.

Þars ì þròttar bersa
þorn ranns hvg vm bornir
hlymr vard hellis kvmra
hrin bàlkar framgingv.
Lysti frìdr ìfasta
fridsein var þat hreini
gnypv hlavdr à gneypan
granar havtt res qvanar.

De Sprudeqvinders Brudesvende,
faste Strandklippers Dannemænd,
Utgardedrots Paarørende,
forkuede med Hagen hænge maatte.

13. Der Bulder blev i Jættens Stue,
i Skokketal da stode frem

Interpr. Infensa satellitii caterva, prominentes riparias Scythici fluminis rupes incolens, fusa profugit, unacum duce agminis (*Geirrodo*). Qva parte steterunt mictissantis foeminæ (*Gialpae*) sodales, qvi firmos litorum scopulos inhabitant (*gigantes*), mundi extima gubernantis (ɔ: *Geirrodi, Utgardiae principis*) cognati (*gigantes*) colla subdere coacti sunt.

13. *Red.* Hlymr vard þornranns, þars hellis kvmra hrinbàlkar, hvg vm bornir ì þròttar bersa, gìngv (gengv) fram. Frìdr hlavdr res qvanar lysti gnypv ìfasta hreini à gneypan granar hatt; þat var fridsein.

Interpr. Sedis giganteæ exstitit strepitus, cum clamosi gigantes animosis pectoribus ex antri conclavibus catervatim procederent. Spectabilis heros, gigantum uxores sternere svetus (*Thorus*) abacta pace, stabilibus montani verticis machlibus (*gigantibus*) celsum labiorum culmen (*cranium*) ictibus contudit.

frostfhærdede djærve Karle,
med Mod i Bryst, fra Klippekammerne,
Skiøn Heltegud, som Jætternes Hustruer
nedslaaer, Fred var forbi,
Fjældtindenes stivholdende Reenbukke
for høien Pande barskede.

XIV.

Ok ham loga himin
hall filvingvm vallar
tròdvz þar vid trodi
tùngls brà sòlar þùngv.
Hofstiòri bravt hvarv
hreggs vaf reida tveggia
hlàtvr ellida hellis
hyndfornan kiavl sprvndi.

XV.

Fàtìda nam frædi
fiardeplis kon iardar
merar leygs ne mvgdo
menn avlteiti kenna.

14. I de fra Sletten mod Himmel stigend' Klipper
bosatte Koners Pandebrynes
de stjærneblussende Sole der
i klempresset Krop fortraadte bleve.
Hos hver af to natsvævende
Bjærghule-Frøkener nu Tempelherren

14. *Red.* Ok bràtùngls loga sòlar vallar himin hallfilfingvm tròdvz þar vid hamþùngv trodi. Hofstiòri bravt hreggs hlàtvrreida ellida hvndfornan kiavl hvarvtveggia hellis vafsprvndi

Interpr. Et frontis siderum fulgidi soles (ɔ: *oculi præ ira et dolore flagrantes*) montium convexa colentibus (*Gialpæ et Greipæ*) dura corporum tortura ibi protriti sunt. Princeps in sacellis deus (*Thorus*) funibus instructæ stomachosi cachini navis (*pectoris*) pervetustam carinam (ɔ: *spinam dorsi*), utriqve antricolæ (et) noctivagæ strigi (*Gialpæ et Greipæ*) perfregit.

15 .*Red.* Kon iardar nam fàtida frædi fardeplis; nè leygs mvgdvmerar menn kenna avlteiti. Ægir àlmtavgar, àttrvdr odnis (òdins) lavst avngvrgini tavngv svdra þiòf segi afli sodnvm.

i Skoggerlatters tiltaklede Fregat
heelgamle Kjøl han brækkede.

15. Han, Jordens Søn, forstod
Fjordæblets sjældne Kunstgreb;
flodstollend' Hoppers Mænd
Ølgildes Glædevert ej kjende.

Almtavgar lavst ægir
avngvr þiòf segi tavngv
òdnis asli sodnvm.
àttrvdr gini svdra.

XVI.

Sva at hradskyndir handa
hrap mvnnvm svalg gvnnar
lypti sylg à lopti
làngvinr sìv þràngvar.
þà er avr þrasis esio
àſs hrimnis flò dròsar
til þràmòdnis þrùdar
þiòst af greipar briòsti.

Albuestrængens Ryster,
Odins Slægtning, traf Dværgetyv
med esſekogte Kastedølk,
fra Tangens Knibemund udsendt.

16. Saa at raphaandet og til Snap behændig,
med stridshandskede Fingres Gab,

Interpr. Terræ filius (*Thorus*) insolentem lapidis (*jactandi*) peritiam (*ante*) calluerat; nec mictim exundantis eqvæ (*Gialpæ*) viri (*gigantes*) convivia exhilarantem (*Thorum*) noverunt. Odino satus jaculator (*Thorus*) ex ustrina candentem, et arcta forcipis fauce excussam seculam, nanos prædari solito (*Geirrodo*) impegit.

16. *Red.* Sva at làngvinr sìv þràngvar, hradskyndir handa, gvnnar hrapmvnnvm svalg lyptisylg à lopti. þà er esiv dròsar hrimnis avr flò af þiòstbròsti Greipar þrasis til þrùdar þràmòdnis àſs.

Interpr. Adeo ut penetrabili jubari actutim citando dudum adsvetus (*Thorus fulminator*) adapertis et armatis manuum chelis dextre exceptam volatilem offam sublimem glutiret (ↄ: *telum in se contortum manu ferrata exciperet*). Cum gigantei oreadis mariti jaculum ab infense animato Greipæ vindice (*Geirrodò*) in pervicacem divum, Thrudæ (*patrem, Thorum*) provolaret.

i Flugten faſtet Mundbid ſlugte,
den gjennemtrængende Lynſtraales gamle Ven.
Da Biærgfrumages Piil
fra Greipes fivlyſtne Faders
Fiendebryſt fløj til Drudes
ſtivmodig Faderguð.

XVII.

Bifdiz havll þà er havfdi
heidreks of kom breidv
vnd flethiarnar fornan
fòtlegg þvrnis veggiar.
Itr gyllir havst vllar
iotvrs vegtàngar þriòti
meina nidvr i midian
mest bìgyrdil nestv

XIIX.

Glavms nidivm fòr gavrva
gramr med dreyrgvm hamri
of savlva nid syniar
sigvr lavt arin bravti.

17. Hedemonarkens Kongesal der bævede,
igiennem Husvæggens gamle Støtte
da Jættens brede Hovedpande
af Skudet knusedes og gik forloren,
Ullers kiælende Stivfader
den ypperlige, drev Løftetangens

17. *Red.* Bifdiz havll heidreks, þà er vnd fornan fletbiarnar veggiar fòtlegg of kom breidv havfdi þvrnis. Itr gyllir Vllar laust vegtàngar meina þriòti næstv mest nidvr ì midian bìgyrdil iotrs.

Interpr. Fremuit aula principis montigradi (*Geirrodi*), ubi, trajecta veteri ædium parietis columna, (telum) vasto gigantis capiti impingeretur. Eximius Ulleri blanditor (*Thorus*, *Ulleri vitricus*), spiculum vulnificum, volsella vibratile, ad medium fere giganteæ sedis cingulum (*montem*, *Geirrodgardos ambientem*) ictu adegit.

18. *Red.* Gramr fòr gavrva glavms nidivm med dreyrgvm hamri; arinbravti Syniar hlavt sigvr of Savlva nid. Tollr karms kom at tvìvidar tìvi, sà er ofbeitti harmi falliötvns beckrecka bravtar lids.

Interpr. Infestus(*Thorus*)sanginante malleo giganteam sobolem penitus delevit. Domesticus Syniæ (*nymphæ Odi-*

Skadedolk, hartad til Midten ned
af Jættegaardens Fiælderingmuur.

18. Vredsvinget og bloddryppend' Hammer
den ganske Troldeboe forødte;
og Synias huusbekiendte Ven
mod Jættesøn fik Overhaand.

Kom at tvìvidar tìvi
tollr karms sà er harmi
bravtar lids of beitti
beck fall iotvns recka.

XIX.

Hel blòtinn và hneitir
hòg brotningi skògar
vnda filfings at àlfi
àlfheims blikv kàlfa.
Ne lidfavstvm lista
làtvr valrygar màtv
aldvr mìnkanda eldar
ellv steins of bella.

Den Karmetol fraf Bueſkyttten,
ſom Harme forvoldt de kiække Svende,
den faldne Jættes Bænke
for vante at beklæde.

19. Hiin offerdyrket Gud, ſom ſvinger
den dødſaarende Lynſtraale,

nianæ) amicus (*Thorus*) a Sölvii (*gigantis*) filio (*Geirrodo*) victoriam adeptus est. Trabalis compagium clavus (*candens scil. ferri cuneus*) invasit (sui prius) jaculatorem (*Geirrodum*), gigantisqve prostrati sessili (antea) per scamna satellitum coetui cladem (mox) intulit.

19. *Red.* Blòtinn helvnda blikv hneitir và hògbrotningi skògar at àlfheims kàlfa filvings (fialfvrs) àlfi. Ne làtvrsteins valrygar màtv (màttv) ofbella lista lidfavstvm minkanda ellv aldvr eldar.

Interpr. Cruentis coli victimis-solitus (*Thorus*), fulguris lethale vulnus infligentis vibrator, apto frangendis arboribus telo (*fulmine*), montanum Alfhemiæ vitulis (*gigantibus*, *Jotunhemicæ incolis*) imperantem (*Geirrodum*) impetivit. Nec erraticæ lamiæ (*gigantides veneficæ*), antra rupium tenentes, tutum ab arte auxilium mutuanti, et gigantibus senilem ætatem prohibenti (*Thoro*) resistere poterant.

med Træers raske Fælder slog
Jøtunheims Kalves Fieldefyrste
De hule Klippers Vanddringskoner
nu kom til kort, og magted' ej at standse
ved Kunsten hielpefaste Gud,
som Jætters forkorter Alderdom.

Ad Stropham I. *Loptr*, idem] qvi *Loki*, qvi, famosus deorum vafrator, non modo in Thorsdrapa nostra, verum in universa Eddarum mythologia, qvoniam, post Odinum et Thorum, principem fere semper agit personam, etsi non optimam, dignus saltem videtur, qvi lectori paulo curatius innotescat; qva face prævia, ad lustrandos abstrusiores carminis recessus vestigio jam certiore descendere licebit. Nimirum triplici ratione considerandus est Eddicus illeLockius; scilicet ut 1, *homo*, 2, *deus naturalis*, et 3, *deus mythicus*. 1) De Lockio homine non multa novimus, nisi qvod ipse gente Asius non fuerit, sed prosapiæ Jotnicæ, et qvidem borealis, utpote *Farbotii* gigantis ex *Laufeja* filius. In Asiorum deinceps collegium et societatem ob calliditatem et reconditarum artium peritiam adscitus multa sodalibus officia, multa qvoqve damna præstitit. Illos qvidem non moramur, qvi *Asgardum* Trojam, *Hectorem* Thorum, et, ut cætera mittam, *Ulyxem* Lockium interpretantur, qvam opinionem, utut

pervetustam, nec suis rationibus destitutam, nostram tamen non facimus. 2) Si vero Lockium ut naturalem deum spectaveris, pro *ignis* eum *numine* in septentrione olim creditum cultumque fuisse, multa sunt qvæ persvadeant. Docent hoc formulæ loqvendi ab ethnicis inde temporibus superstites, ex. gr. *Loki fer yfir akra, flamma segetes corripit et vastat.* Qvin et in Dania a rusticis audivi, phænomenon, qvo solis radii per nubium interstitia tuborum instar in terram vel mare descendunt, vocari Locke drikker Vand, *Lockius aqvam haurit*; ubi per Lockium *solem* innui vix ambigo. Vocem in Eddis obviam, *lokarspænir*, ego qvidem a Lockii nomine deductam olim credidi, et assulas, igni accendendo alendoqve idoneas significare; verum me monuit amicus, vocem *lokr*, gen. *lokar*, *runcinam* notare, adeo ut *lokarspænir*, idem sit, qvod Høvelspaaner vulgo dicimus. Fidem qvidem et gratiam habeo monitis amici, in his literis perqvam versati; etsi fatear vocem *lokr* mihi hoc sensu non occurrisse, et dubitari possit, in-

strumentum dolandi, qvod isl. *hefill*, dan. Høvl, Germ. *Hobel* dicitur, Odini tempore in septentrione notum fuisse. Verum non desunt alia, qvæ Lockium ignis fuisse numen coarguant. Uliginosum et sulphureum foetorem, qvem fulgetra, ignes fatui, et aliæ faces igneæ in aëre relinqvunt, *Loka davn*, *Lockii odorem*, vocari in Islandia puer audivi; ejusmodi enim phaenomena ignea, sulphureæ plerumqve materiæ et odoris, ignes divinos opinabantur veteres, unde *θειον* sulphuri nomen. Qvin et voces *leyptr* et *leyptring*, coruscatio, a *Loptr*, qvod alterum *Lockii* nomen, haud absurde qvis deduxerit. Oda Eddæ Sæmundinæ, qvæ, *Lokasenna* (*Lockii Convicium*) dicitur, in hæc verba desinit:

Eiga þìn avll	ɔ:	*Omnia tua bona,*
er her inni er		*qvæ heic intus sunt,*
leiki yfir logi		*igne superante pereant,*
ok brenni þer à baki.		*et in tergo tuo ardeant!*

Hic Lockius se, hospitem hunc deorum Ægerum, Borealium *Neptunum* s. *maris deum*, omnesqve ejus divitias in fine mun-

di, qvi *ragnaravckr*, deorum crepusculum in eddis vocatur, flammis perditurum, diserte comminatur. Mundi igitur per ignem interitus, qvo Valhallica numina simul peribunt, Lockio, utpote ignis deo, ceu principi causæ adscribitur. Deniqve Lockius, Thori in expeditione Utgardica comes, cum ab Utgardalockio artem, qva maxime polleret, profiteri juberetur, dixit se qvovis homine citius nutrimenta consumere. Tum Utgardalockius ex scamno ulteriore qvendam arcessivit, nomine *Logium*, eumqve jussit hac arte cum *Lockio* contendere. Propositus in medium linter carnibus plenus, quibus Lockius et Logius ex partibus oppositis adsidentes vesci coeperunt, et in medio deinceps lintre invicem obviam facti sunt; breviqve Lockius Asgardicus carnes ex sua parte dimidias depastus fuerat; Utgardicus autem Logius, non carnes tantum, verum ossa qvoqve et lintrem dimidium consumserat; ideoqve in hoc certamine victor exstitit. Hunc Logium *flammam* fuisse *ferocientem*, *villieldr*, deinceps fassus est Ut-

gardalockius. Præterea *Loki* et *Logi* (dan. Lue, *flamma*), ob freqventem του *k* et *g*, qvæ in alphabeto runico non nisi punctulo differunt, unum idemqve primitus nomen fuisse videtur. Qvemadmodum vero Numina Naturalia Mythicis ubiqve fere sunt antiqviora, ita *Lockii*, ut *ignis dei* cultum, Odiniana sacra, nato Christo fere coæva, longe in septentrione nostro antevertisse, non est qvod dubitemus. 3) Deniqve *Lockius*, ut *mythicus* Borealium *deus*, maxime inclaruit, et prope innumera gessit facinora, qvorum qvædam sua occasione infra dabuntur. Odini Thoriqve ille peregrinantium comes plerumqve et socius, vafritie et dolis instructissimus fuit, unde *Loki inn lævisi*, *Lockius veterator* dictus est. Asios multoties periculis et malis implicuit, et implicitos iterum expedivit. Prolem ex oreade *Angurboda* diis fatalem suscepit, nempe *Lupum Fenrem*, qvi ipsum Odinum, et *Angvem Midgardicum*, qvi Thorum, in fine mundi trucidabunt; nec non *Helam mortuorum deam*, s. *Borealium Proserpi-*

nam. Postqvam Lockius ludibriis sæpe deos fefellerat, eorumqve singulos in convivio Aegeriano conviciis et opprobriis prosciderat, et Balderianæ insuper cædis auctor habitus, a diis tandem captus et in vincula conjectus est, qvibus ad Deorum usqve Crepusculum tenebitur; tum vero solutus cum *Surto* et *Muspellianis* contra Deos Valhallicos pugnabit, unacum liberis omnibus; qvi conflictus utrisqve erit exitialis. Hinc Lockii, utpote infensissimi deorum hostis, nomen Odinianis semper odiosum et formidabile. Qvatenus igitur mythica hæc notio Lockio tribuitur, ipsius nomen *Loki* respondet danico en Løkker, et lat. *pellacem* significat, a verbo *ec locka*, dan. jeg løkker, lat. *lacio*, græc. λοχαω, *insidior*, a λοχος *insidiæ*; hinc λοξος *obliqvus*, et Apollo ab oraculorum amphibolia et tricis λοξιας est appellatus. Hanc veram esse nominis Lockiani originem et sensum, denec rectiora docebor, existimo. Cæterum sui etiamnunc nominis hæredes habet priscus hic Borealium deus, in proprio viri nomine *Locke*,

saltem inter Anglos adhuc superstes. Verum Lockius alio nomine *Loptr* in Eddis vocatur, qvod ipsi auctor Thorsdrapæ Eilivus hic tribuit. Nimirum *lopt*, dan. Luft *aërem* significat. *Loptus* igitur dictus est *Lockius*, qvasi *aëreus* s. *aërivagus*, ideo qvod calceos s. talaria possidebat teste Edda, qvibus inductis *aërem et aqvas permeabat*, *rann lopt ok laug*. Ab isthoc profectum est proprium viri nomen *Loft*, qvod in Dania hodieque in usu. *Lavgr* s. *lögr*, *làcus*, *mare*, item *amnis*; hinc *Lougen* amnium in Norvegia nomen. *Seimr*, *divitiæ*, *thesauri*, vox poëtica; *lögseimr*, *lacuum*, *amnium* et *maris divitiæ*, *aurum* poëtis appellatur, Docet hæc appellatio, constitisse veteribus, primos auri præbitores fuisse fluvios, inde auriferos dictos; unde aurum fluviatile a fossili in sua lingva hebræi distinxerunt, illud פז hoc חרוץ, unde Gr. χρυσος, vocantes. In antiqvissimo carmine *Biarkamàl*, cujus unam laciniam *Heimskringla* in *Olai Sancti Historia*, alteram *Edda Snorriana* in *Auri Appellationibus*, *gullsheitvm*, nobis conservarunt, *aurum* vocatur *Rìnar ravdmàlmr*,

dan. Rhinens Rødmalm, ɔ: *rutilum Rheni metallum.* Etsi hanc auri, a fluviis, qvi hujus metalli ramenta arenæ intermixta in ripas ejectant, denominati veram et naturalem originem esse non dubitem, reticendam tamen non arbitror mythicam appellationis rationem. Nimirum *Thesauros Fabnerianos,* post mortem *Sigurdi Fabnericidæ,* in *Rheno* flumine occuluisse *Gunnarum Giukii filium,* nemini deinceps repertos, Eddica monumenta perhibent; unde *aurum* a *Rheno* et aliis majoribus flüviis denominatur. Verum hanc, utpote seqviorem et commentitiam interpretationem solis poëtis relinqvendam credimus. *Lögseims fadir, auri pater* ɔ: *partor* s. *exhibitor Lockius* appellatur; cujus varias rationes mythicas adfert Edda. 1) *Sifæ,* qvæ *Thori* erat uxor, crines per neqvitiam detonderat Lockius; ob hoc prehensum Thorus tamdiu verberibus mulctavit, donec juraret se a *Nigris Alfis,* geniis subterraneis, aureum Sifæ capillitium arcessiturum, qvod, haud secus ac crines naturales, ex cute cresceret; id qvod

etiam præstitit. Unde *aurum Sifæ capillitium, haddr Sifiar*, poëtis vocatur. 2) Eodem etiam itinere Lockius *aprum, aureis setis* nitentem *Freyro* conciliavit; 3) nec non *armillam auream*, *dravpnir* dictam, qvam Odino dedit, qvæ nona qvavis nocte octo annulos aureos, ejusdem, ac ipsa, ponderis, ex se destillantes, peperit; unde *aurum, Dropneri stillas* poëtæ vocant. 4) Cum forte tres Asii, *Odinus*, *Lockius* et *Hænerus*, peregrinantes, ad amnis cujusdam cataractam devenissent, hic lutram invenerunt, qvæ salmonem ex amne recens captum semisomna comedebat. Hanc Lockius lapidis ictu peremit, eamqve Asii ad propinqvam forte villam secum portantes, colono, nomine *Hreidmaro* (*Reimaro*), ostenderunt. Hic filium agnovit, qvi lutræ formam mutuatus in fluvio piscari solebat. Hinc vocatis filiis, *Fabnero* et *Regino*, fratrem occisum narravit, eorumqve auxilio Asios adortus in vcula conjecit. Asii veniam deprecantes, qvicqvid posceret Hreidmarus, pro vita et libertate obtulerunt. Ille tantum au-

ri postulavit, qvantum pellem lutræ detractam et intus impleret, et extus operiret. Tum Lockium Odinus in subterraneam *Svartalforum regionem* ablegavit, ubi nano cuidam, nomine *Andvario*, omne, qvod habuit, aurum extorsit. Hoc Lockius ad Odinum retulit, illoqve auro comites Asii vitam a Hreidmaro redemerunt; hinc *aurum otvrsgiald, lutræ mulcta*, poëtice nuncupatur. Ob has potissimum rationes mythologicas *auri pater*, s. *præbitor Lockius* nostro poëtæ dicitur. Qvamvis vero per voces *lögseims fadir*, *Lockium*, qvippe *auri* toties *partorem*, intelligendum esse, allatæ superius rationes mythicæ persvadeant, via tamen æqve prona hanc appellationem eidem Lockio adserueris, si *seimr* et *simr* pro synonymis poëticis habueris. Vox *simr*, (*simi*, *sim*), in Edda Sæmundina et Niala occurrens, *funem*, *vinculum*, significat; hinc *lögsimr*, (*lögseimr*) plana et vera est *Angvis Midgardici*, sive *Jormungandi*, nuncupatio, qvem oceani incolam, diis et hominibus formidandum, *totum terrarum orbem*

cingere, *liggia vm lavnd avll*, Edda testatur; unde *vmband allra landa*, *terrarum omnium cingulum* poëtis vocatur. Angvis vero Midgardici pater erat *Lockius*, qvi hinc *lögseims fadir* Eilivo dicitur. Hanc igitur interpretationem, si non veriorem, certe haud minus simplicem secutus, voces, *lögseims fadir*, in versione danica Søslangens Fader, *angvis marini patrem*, (nempe *Lockium*) reddidi. *Ek ræd*, verbum præt. *red*, infin. *ràda*, dan. jeg raader, 1) *consulo*, 2) verbum est auxiliare, et cum infinitivo constructum, *incipio*, *facio*; *ek hvet*, 1) *acuo*, dan. hvæsser, 2) *instigo*, *incito*, *exhortor*; *red hvetia*, persvasum dedit, pro *hvatti*, persvasit. *Drùgr*, dan. drøj, adject. *idonéus*, *sufficiens*, cui ad aliqvid præstandum satis est efficaciæ et virium. *Ek lyg*, *lavg*, *liùga*, dan. jeg lyver, løj, at lyve, *mentior*. *Heiman*, *domo*, adv. de loco; nempe in veteri lingva, 1) *heima*, dan. hjemme, *domi*, adv. in loco; 2) *heim*, dan. hjem, *domum*, adv. ad locum; et 3) *heiman*, adv. de loco, dan. hiemmen, pro qvo nunc hiemme (fra) *domo*,

dicitur. Hæc terminatio in *n*, nobis cum græcis communis, omnibus de loco adverbiis olim propria, in *hiemmen*, *deden*, *hveden*, nunc obsolevit; ast in aliis, ex. gr. neden, oven, uden, inden (fra) etc. adhuc retinetur. *Forniotr*, rex erat Finlandiæ Sveticæ, qvæ tunc Jotlandia dicta; hic pater *Hleri*, Lessoæ Danorum insulæ eponymi, paulo ante Odini Upsaliensis adventum floruit; vid. *Suhmii Hist. af Danmark*, *T.* 1. *p.* 27. Qvoniam igitur Jotnis s. gigantibus imperabat, ipse gigas fuerit necesse est; qvemadmodum *Forniotr* inter nomina gigantum in nomenclaturis eddicis diserte ponitur. Eddicum vero hoc nomen *Forniotr*, qvod *priscum gigantem* significat, qvo casu *Phurnuto*, homini Leptitano, Persii et Lucani magistro, qvi Romæ seculo 1mo philosophica græce scripsit, inditum fuerit, nemo facile conjectaverit. *Flvg*, gen. *flvgar*, *fuga* dan. Flugt; *god*, neutr. pl. gen. *goda*, *numina*, *dii*; hinc *Forniotz flvggod*, *Fornioti*, s. *gigantum*, *dii fugati*. *Stallr*, dan. Stald, 1) *stabulum*, 2) *sellæ* seu *scamna* in fanis

septentrionalium, *qvibus idola deorum imposita fuerunt;* sua Romani pulvinis ornabant, et hinc *pulvinaria* dixerunt. A voce boreali *stallr*, suum Galli *estal*, et Itali *estallo*, in vocibus *piedestal* et *pedestallo* traxerunt. *Fellir* verbale, ab *ek felli*, dan. fælder, *dejicio*; hinc Eilifus *Forniòtz fluggoda stalla fellir*, *sellarum s. pulvinarium, in qvibus fugati Fornioti*, o: gigantum *dii prius stetere*, *dejectorem* vocat *Thorum*, utpote præcipuum gentis et religionis giganteæ edomitorem. Qvos autem ante Odini adventum gens Jotnica deos coluerit, qvid sentiam, infra ad Str. XII. ubi in voces *ùtves iolnir* commentabor, paucis exponetur. *Vilgi*, adv. contractum, a *vilia* (pro *at vilia*) *eigi*, *haud lubenter; tryggr*, dan. trÿg, *fidelis*; hic Lockius, utpote natura fraudulentus, *vilgi tryggr*, *non suopte fidus*, vocatur. *Gedreynir*, vox composita a *ged*, *mens*, *animus*, et *reynir*, *tentator*, *periclitator*, a verbo, *at reyna experiri*; *ravn periculum*, *exploratio*. Utraqve vox Danis olim in usu; hinc adagium apud *Petrum*

Syv: Liden er Vilie. Røn, var det ei uden en Bøn, *voluntatem res parvula, et vel faba (donata) testatur*. In *Cantilenis Heroicis: ond til rön, tactu asper, exploratu malus. P.* IV. *Cant.* 26. *v.* 116. Jeg nu røn: ner ei mere slig Fryd og Feir, *nunc non amplius festivo hoc gaudio perfruor. P. IV. Cant. VI. v. 6.* Lockius hic dicitur *gedreynir þors, Thori animum tentans* s. *solicitans*, qvia Thorum ad hanc expeditionem contra Geirrodum suscipiendam pro more callidus induxerat. Cæterum dissimulare nolo, qvod apud poëtas vox *gedreynir* nil aliud sæpe sit, qvam *confabulator, congerro, familiaris, sodalis*; ut in *Höstlanga Fragm. II. de Raptu Idunæ. Str. XII.* ubi idem Lockius *hvgreynandi hænis, Hænero familiaris* vocatur, eo qvod per mutua colloqvia animorum cogitata invicem communicari soleant. *Her*, dan. *Hær, exercitus, militia*; *þrvma*, item *reidar þrvma, tonitru*, a sono rauco et tremulo sic dictum; *vigg*, poëtice 1. *navis*, 2. *vehiculum* qvodlibet; *herþvmv vigg* est *bellitonans*

rheda, Thori scilicet, qvi qvoties hac ad conflictus giganteos vehebatur, euntem, haud secus ac Jovis fulminantis currum, tonitrua, fulgura et terræ motus comitabantur. *Eddæ Sæmundinæ Oda*, *Thrymsqvida* dicta, de Thoro fulminante sic habet, *Str. XXI.*

Biavrg brotnvdo ɔ:	*Montes dissiliebant*;
brann iavrd loga.	*Arsit terra igne* (*fulgoribus*).
ok Odins son	*Currum egit Odini filus* (*Thorus*)
i iötvnheima..	*in Jötunhemiam* (*terram gigantum*).

Cum his conferatur altera ejusdem Eddæ Oda, *Lokasenna*, *Str. LVI*; item *Höstlangæ Fragm. I. Str. I. et II.* *Reid* et *rheda*, eadem et origine et significatu vox est; rheda Thori capris duobus jungi solebat, testibus Eddis; ipse vero aurigans fulminabat, ictu scilicet Miölneri, qvo gigantes contudit et debellavit. *Gavtr*, 1) *Odini* nomen; hic in Thorum transfertur, adjecto attributo rhedæ fulminatricis, qvod Thoro proprium; 2) *gavtr*, appellative *custodem* s. *servatorem* significat, a verbo *ec gaeti*, *custodio*; qvo iterum sensu Thorus a poëta

nostro, *gavtr herþrvmo viggs*, *bellitonantis rhedæ custos*, ɔ: *auriga* vel *possessor*, dici potuit; 3) *gavtr* fuit Odini filius, Gothiæ Svecorum primus rex et eponymus; 4) *gavtr* etiam gentilitium Gothi nomen, qvod ex *Godiòtr* contractum cum Suhmio credimus; verum duæ posteriores nominis notiones hujus non sunt loci. *Ek qved*, *qvàd*, *dico*, *dixi*. *Greinar*, alias *greidar* dan. rede, *expeditas*, *faciles*; vel *greinar*, pro *grænar*, dan. grønne, *virentes*, *amoenas*; siqvidem diphtongi *ei* et *æ* inter se facile alternant. *Bravt*, pl. *bravtir*, *via*, propriæ *strata* vel *subacta* curribus, vel hominum aut jumentorum pedibus et vestigiis; a verbo *ek bryt*, dan. bryder, *frango*. *Veggr*, gen. *veggiar*, *paries*, dan. Vegg; hic synecdochice *domus*: vel *veggr* et *gardr* hic synonyma; utraqve enim vox *aggerem* significat; *Geirrodar veggr*, idem ac *Geirrodargardr*, qvæ villa erat sedes Geirrodi. Ipsum autem nomen *Geirrodus hastae tinctorem* significat; a *geir* hasta, et verbo *ek ryd*, *tingo*, *illino*; *Geirrodr* igitur notat *bellatorem*, qvi hastam

sangvine hostium tingit; hic vero gigantis nomen est proprium, qvocum Thoro tunc negotium.

Ad Str. II. *Skammr*, *curtus*, *brevis*; hinc *skavmmv*, adv. *brevi*. *Gedstràngr*, adj. *animo asper*; a *ged*, *mens*, et *stràngr*, *arduns*, *asper*; dan. ſtræng. *Gànga* gen. *gavngv*, *iter*, *itio*; dan. Gang. Þeir *fystvz*, *cupiebant*, scil. Thorus et Lockius; a verbo *ek fysiz*, *cupio*; ab adject. *fùs*, *cupidus*, *avidus*; cujus in dan. Fremfuſenhed, Fuſentaſt, reliqviæ adhuc supersunt. *Ek þrysti*, *premo*, item *affligo*, *opprimo*. *Þorn*, *spina*; dan. Torn; hic adhibetur pro synonymo *þistill*, *carduus*; dan. Tidſel; *þistill* autem secundum nomenclaturas eddicas *gigantis* est *appellatio* poëtica; hinc *þorns nidiar*, *gigantis cognati* v. *nepotes*, pro ipsis gigantibus, asiatica loqvendi ratione, hic ponuntur. *Giardveniodr*, *cingulis assvetus*; vox composita a *giavrd*, pl. *giardir*, *cingulum*, *baltheus*, dan. Giord, et verbo *ek ven*, *assvefacio*, dan. vænner; unde *vani*, *consvetudo*, *mos*; *giardveniodr* Thorum hic appellat

poëta; cingulis nempe roborificis, qvæ *megingiardir* Eddæ vocant, uti svetum. *þridi*, gen. *þridia*, *Odini* in Eddis *nomen*; *þridi*, alias est *tertius*, dan. tredie. Nimirum in aula deorum Asgardica s. Valhalla tria Gylfius hospes vidit solia, unum altero superius; in singulis singuli sedebant; qvi infimo insidebat *Hàr*, *Altus*; qvi medio *Jafnhàr*, *Æqvealtus*, qvi supremo *þridi*, *Tertius*, nominabatur. Omnes vero hi tres dii unum eundemqve Odinum constituebant; siqvidem tria hæc *Hàr*, *Jafnhàr* et *þridi*, ejusdem sunt Odini nomina, uti ipse in *Grimnismàl*, qvod Eddæ Sæmundinæ carmen, *Stroph.* XLV. XLVI. XLVIII. et LIII. diserte testatur. Conf. Fab. II. Eddæ Resenianæ; *þridi* igitur est supremus et Tertius in Trinitate Eddica deus, nempe *Odinus*. *Giardveniodr frà þridia*, *Cinctutus a Tertio*, est *Thorus*, ab Odino, ɔ: *Asgardo*, qvæ Odini sedes, *profectus*, qvi alias solenni in Eddis nomine *Asaþor*, *Thorus Asicus*, dicitur; qvod nomen ab *Avkuþòr*, *Thorus aurigator* s. *Fulminator*, distingvendum Eddæ

commonent. *Ek göri*, *facio*; dan. jeg gjør; pasf. *ek göriz*, *fio*; imperf. *gördiz*, *fiebat*. *Rìkr*, adj. *dives*, item *potens*; posteriori hoc sensu Canutus Magnus, Daniæ, Norvegiæ et Angliæ rex, *Knvtr rìki*, olim vocabatur; *rìkri*, compar. pro *rìkari*, *potentior*, dan. rigere. *Gammr*, dan. Gam, *vultur*; hujus *leid*, *via* est *aër*; hinc adverbium *gamleidis*, *per auras*. *Endvr*, retro; hinc *endvrskot*, *ictus retortus*; dan. Gienskud. Ergo sensus verborum: *gördiz rìkri gamleidis endvrskotvm*, hic est: *telo per auras retorto superior* s. victor *exstitit*. Pro *ymsakindar*, legendum olim suspicabar, *ymiskindar*; verum non est tanti. *Ymerus*, percelebris in Eddis *gigas*, cujus a Böri filiis interfecti sangvis universam *Hrìmþussòrum* gentem, præter unum, suffocavit; qvæ mythica est diluvii Noachici, apud Jotnos Boreales, Japheti posteros, ad ultimi usqve Odini tempora superstes traditio. Ab hoc *Ymero* nomen *ymsi* formatum; nomen *ymi* et *ómi*, poëtica gigantum in Edda appellatio, hinc profecta; *ymsi* ab *ymir*, eadem pror-

sus ratione, qva *stilie* a *stillir*, rex, in Carm. Höstlanga, detortum olim monuimus. *Ymsa kind*, *gigantis proles*, nempe idiotismo phœnicio, *gigas*, hic ipse Geirrodus intelligitur. *Gandvìk*, gen. *gandvikvr*, sinus est maris glacialis, qvi nunc *Mare Album*, vulgo *Gandvigen*, vocatur. Sinus *Gandvik* a luporum freqventia nomen accepit; *gandr* enim, *lupus*, ob rictum oris, a verbo, ek gìn, *hio*, denominatur; qvemadmodum vox latina *canis*, non secundum Varronem, a *canendo*, sed a græco χαινω, *hio*, formata videtur; huc certe adv. gr. χανδον, *ore hiante*, referendum. *Idi*, gen. *idia*, *nomen* proprium *gigantis*, qvi *Aulvaldii* erat filius, *Thiassii* autem frater; utriusqve meminit *Grotticinium Str.* 8. De illius qvidem Idii gestis et progenie altum in Eddis est silentium, nisi qvod aurum paternum cum fratribus singulari modo sit partitus; vid. *Edd. Res. Fab. LIII.* Nomen *Idi*, a verbo *ek ved*, præt. *òd*, dan. jeg vader, lat. *vado*, ortum, cum impetu se inferentem significat; ab hoc ipso verbo est *ida*, *aqvæ fluentis*

impetus; id, prœluim, poëtis a proruentium impetu sic dictum. Cæterum istud verbum *ek ved*, olim *ek ed*, sonuisse, et cum gr. *εω* et *ειμι*, nec non lat. *eo, ivi, itum*, unde *iter, itio*, cognatum esse videtur. Hic vero *idi* qvemlibet gigantem significat. *Setvr, sedes, domicilium*; hinc *Gandvikvr idia setvr, jotnica ad Gandvikam sedes*, est *Geirrodgardus*; et *Gandvikvr idia setvrs ymsakind, jotnicœ ad Gandvikam sedis gigas*, est ipse *Geirrodus*, cujus cum Thoro deo conflictum sibi celebrandum hic sumserat poëta. Novum hinc et firmum eorum sententiæ fulcrum accedit, qvi cum *Torfæo* et *Suhmio, Jotunhemiam* veterum, cujus princeps villa *Geirrodgardus* s. *Geirrodargardus*, utpote Jotnorum dominatoris sedem, circa Gandvikam olim sitam fuisse existimant; conf. *Suhms Hist. af Danm. I. Tom. p. 19. not. 6.* Verum de situ Jotunhemiæ plura disserendi commodior nobis infra dabitur occasio. Enimvero veluti reliqva Eddica monumenta, ita nec expeditionem hanc Thori ad Geirrodgardos, *Saxonem* nostrum

Grammaticum ignorasse, docent ipsius verba: vid. *Hist. Dan. Libr. VIII. p. 163.* "Cupientes cognoscere socios, Thorkillus, "qvi probe rerum causas noverat, docet Thor "divum, gigantea qvondam insolentia la"cessitum, per obluctantis Geruthi præcor"dia torridam egisse chalybem, eademqve "ulterius lapsa, convulsi montis latera per"tudisse; foeminas vero vi fulminum tac"tas infracti corporis damno ejusdem numi"nis attentati poenas pependisse firmabat." Ad memorabilem hunc Saxonis locum, qvi Gigantomachiam Thori Geirrodianam, qvæ unicum est nostri ex Thorsdrapa fragmenti argumentum, palam deprædicat, id solum heic annotare liceat, qvod *spiculum* illud *ignitum*, qvo jacto Geirrodum Thorus prostravit, *ictum fulminis* haud latenter ipse Saxo interpretetur.

Ad Str. III. *Farmr*, *sarcina*, *onus*; *farmr arma*, *sarcina brachiorum*; ab amplexu conjugali sic *maritus* poëtis vocatur. *Meinsvari*, comm. gen. *juratus hostis*; dan. meensvoren; a *mein*, *damnum*, *noxa*, et verbo *ek*

sver, *juro*; hic opponitur τῷ *fridar eidsvari*, *juratus amicus*, qvod infra *Str. IIX.* occurrit. Vox *meinsvari*, utpote generis communis, aliqvam sensus hic parit ambiguitatem, cum prior pars strophæ, et de *Geirrodo*, qvi filias emittendo veneficiis Thorum prior, etsi frustra, impetivit, et de *Gialpa* explicari possit. Qvamvis vero phrasis poëtica, *farmr arma*, de utroqve conjuge, alterum amplexante, apte satis dici qveat; intercedit tamen usus poëtarum et Eddæ auctoritas, de solis maritis dictionem adhibentium. Qvin autem posterius hemistichium de *Gialpa* sola, vel, si pro *manntælir* legas *manntælor*, ut verbo *spendv* respondeat, qvod ego qvidem rectius arbitror, ad ambas sorores sit referenda, nullum est dubium. *Farmr arma meinsvarans*, *sarcina brachiorum jurata* (*deorum*) *hostis* ɔ: *jotnicæ foeminæ*, *dis inimicæ*, *maritus*, est *Geirrodus*. *Vard*, imperf. verb. *ek verd*, dan. vorder, *fio*; *fyrri*, compar. *prior*. *Favr*, dan. Færd, *itio*; dicitur etiam de iis, qvi animi proposita exseqvi incipiunt; hinc phra-

sis, *at verda fyrri i faur*, dan. at være tidligere paa Færde, profecta est. *Happ*, *successus*, *fortuna secunda*; unde anglicum *happy* et *happines*, *prosper*, *prosperitas*, ortum. *Sviptir*, *privatio*, a verbo *ek svipti*, *privo*. *Galdr*, *incantamentum*; dan. Galder, in Cantilenis Heroicis, D. Kjæmpeviser, aliqvoties obvium; *med happs svipti galdvrs*, *cum incantamentis successu fraudatis*; ter vero Thorum Geirrodus veneficiis, bis nimirum emissis filiabus, et semel ipse, incassum adortus est. *Ravgnir*, *Odini* nomen, qvasi deorum principis, a *ravgn* s. *regin*, *numina*; hic in Thorum transfertur. *Savgn*, pl. *sagnir*, *cœtus*, *caterva hominum*, vel definitæ, vel indefinitæ multitudinis; *sagna ravgnir* est *Thorus*, utpote qvi cœtus humanos regit et moderatur. *Sòkn*, *aggressio*, *impetitio*, a verbo *ek sæki*, *accerso*, *impeto*; en saaret Vildbasse søger sin Skademand, *sauciatus aper vulnerantem adoritur*, hodieqve dicitur. *Gerr*, *avidus*, cui dan. gjerrig et begjere, et complures germanicæ voces sunt agnatæ; *sòknar gerr*, *impetedni*

avidus, qvippe acer Jotnorum aggressor, hic dicitur. *Ek þyl, recito, narro, ajo. Manntælir, hominum illector, deceptor*; verum cum hæc vox verbo *spendv* male congruat, invitis licet membranis, *manntælor* substitui, a sing. *manntæla, hominum illectrix, virorum elicia*; a *mann*, dan. Mand, *homo, vir*, et *tàl, illecebra, fraus*. Nempe gigantes, utriusqve sexus homines, præsertim vero gigantides viros, variis præstigiis ét illecebris fascinare et ad se pellicere credebantur, cujus exempla in antiqvis monumentis passim obvia; conf. *Saxonis Gramm. Hist. Dan. Libr. VIII. pag. 161-164.* et *Olai Tryggvidæ Hist. ed. Skalh. P. 2. Cap. XXXIII. Spendv*, imperf. verbi *ek spenni*, dan. jeg spænder, *amplector, cingo, circumdo*; hic ad sorores Gialpam et Greipam, qvæ *manntælor* poëtæ vocantur, referendum; hæ enim distentis pedibus amnis alveum divaricando amplectebantur. *Il*, gen. pl. *ilia, solea pedis*; vox danis olim in usu, qvamvis nunc, cum tot aliis, obsoleta. *Gavpn, pugnus adapertus, vola,*

hir; dan. Gøvn, hebr. גופן; *at Ìta i gavpnir ser*, *pugnos suos inspicere*; a verbo *ek gapi*, dan. gaber, *pateo*, *hio*; hic ad soleas pedum metaphorice transfertur. *Grimnir*, appellative *larvatus*, *personatus*; proprie *Odini*, item, ut hic, *gigantis nomen* eddicum. *Grannstravmr*, *fluvius terminalis*, qvalis *Vima* Jötunhemiæ; vox composita a *stravmr*, dan. Strøm, *flumen*, et *granni*, dan. Grande *vicinus*, ut in proverbiis: ingen er saa riig, som ikke behøver sin Grande, *nemo tam potens*, *qvin vicino indigeat*: mangen er god Ven, men ond Grande, *multi sunt boni amici*, *mali vicini*; hinc ortæ voces, Grandestævne, Grændser, grandt, *viciniæ comitium*, *fines*, *prope*. *Gall*, s. *giall*, *sonitus*; hic murmur aqvarum; a verbo *ek gell*, *resono*, *vociferor*; hinc tuba *Heimdalli*, finium custodis dei, qva numina Odiniana in fine mundi contrâ *Surtum* et *Muspellianos* ad pugnam conciebit, *Giavll* et *giallarhorn*; itemqve pons inferorum, per qvem ad *Helam*, *Borealium Proserpinam*, contenditur, *giallarbrù*; est et amnium eddicorum

unus, qvi a murmure aqvarum *giavll* appellatur. Qvin ipsum verbum *ek gell*, in lingva danica viguisse, liqvet ex Cantilena Heroica, D. Kæmpeviser, *P.* 1. *VIII.* 13. De floge paa de Porte, det gialt ind i det Slot, o: *Portas ita pulsabant, ut sonus in arcem ferretur.* *Opn*, *apertura*; gen. *opnis*, ab adj. *opinn*, dan. aaben, *patens*, *apertus*. *Ama*, *giganteæ mulieris* in Edda appellatio; eiqve respondens masculinum *àmr*, *gigas mas*; haud dubie a verbo, *ek*, *ym resono*; qvis enim ambigat, vocem stentoream, haud secus ac reliqvas vires giganteas, genti Jotnicæ veteres tribuisse. *Amr* et *àma* synonyma sunt vocum *ymir* s. *ymi* et *yma*, qvæ gigantum et ipsa, et ejusdem sensus et originis sunt nomina. Etsi vero *Vimam* fluvium, cum ob murmur, tum propter vastitatem aqvarum gigantidis nomine poëtice appellari posse haud absurde qvis dixerit, Eddicæ tamen artis consultior interpres hanc sibi licentiam nevtiqvam indulgebit, antiqvorum qvippe poëtarum exemplis destitutus. Alia igitur nobis qværenda est nomi-

nis *àma* notio, qvæ commodum se sponte offert. Vox Isl. *àma*, dan. Ame, germ. olim *Ahme*, nunc *Eimer*, est *culleum*, dolii capacissimi genus; qvin autem ista vocis significatio, ob formæ et mensuræ vastitatem, ab Eddica, qvam supra attulimus, gigantidis appellatione sit profecta, ego qvidem non dubito; qvamvis non inficier, hanc vocis *Ame* vel *Ahme* notionem eorum, qvi vocum in lingva vernacula origines vel penitissime hactenus sunt rimati, paucis vel nemini fuisse perspectam. *Hallr*, gen. *hallar*, *rupes*, *petra*; unde *Friderichshald*, Norvegiæ arx in rupe sita; et trita vetusqve de arce Coldingensi, itidem ob situm editiorem, nænia: Ørnen sidder paa højen Hald, ɔ: *in monte celso sedet aqvila*. *Endill*, nomen est regis classiarii, quales *Sækongar*, ɔ: Søkonger, appellare olim moris erat. Hunc Vimam amnem describens in partes vocat poëta, et fluvium hunc *Endilli culleum*, *Endills àma*, vocat, ut indicet amnem Vimam adeo esse profundum et vastum, ut pelagi instar navibus sit pervius.

Cæterum vocula, *opn*, bifariam connecti potest, ut vel cum voce *hallar*, vel cum àma conjungatur, qvod levem qvidem, tamen aliqvantulam parit sensus diversitatem. Si prius, *hallar opn*, idem qvod *gliùfra gil*, *chasma montanum*, ejusqve *Endills* àma est *Vima*, per illud chasma se prorumpens; sin posterius placuerit, *hallar opnis* àma *Endills*, non tam *ipse fluvius*, qvam *montanus amnis alveus*, superne patulus et navigabilis poëtæ vocatur, qvem divaricans Gialpa distentis pedibus amplectebatur; hunc sensum verborum vero propiorem arbitror. Prius autem, qvam hinc digrediar, obiter moneo, nomen *Endill* occurrere in Cantilenis Heroicis, vulgo D. Kæmpeviser, *P. IV. Cantil. V. v. 18.* Est vero hæc Cantilena, qvod ipse editor fatetur, metrica vetusti carminis parodia, qvod *Ragnarus Lodbrok*, Daniæ olim rex fortissimus, moribundus cecinisse traditur. Verum non ipse, sed *Bragius Priscus*, *Boddii* filius, qvi poëta anteriore seculi Xmi parte floruit, verus est carminis auc-

tor, qvamvis illud a Ragnari uxore *Svanloga*, qvæ, dum in Norvegia post mortem parentum adolesceret, *Kràka*, *Cornix* s. *Gracula*, olim audiverat, nomen subinde sortiatur, vulgo *Kràkvmàl Graculæ melos*, dictum, eoqvod in ejus, jam viduæ, gratiam, a Bragio fuerit compositum. Supra laudatus carminis interpres, Endillum, *Deum marinum*, ejusqve lupos, pisces voraces, vocat, *Wormium* nempe secutus, qvi in *Literatura Runica* integrum carmen literis runicis descriptum, et latine versum, primus edidit. Verum istud sphalma a male sedulo Wormii amanuensi profectum, qvi inauspicato unius literæ adjectu sensum verborum pervertit. Sic habet hemistichium anterius *strophae XIIX*:

Hivggvm ver med hiörvi halldorda sà ek brytia egi smàtt fyrir ùlfa endills nidia bravndvm.	*Ita Redigo:* Ver *hivggvm med hiörvi. Ek sà halldorda nidia Endills brytia bravndvm egi smàtt fyrir ùlfa.*

Interpretor: *Pugnavimus gladio. Vidi ego Endilli posteros, verborum tenaces, lupis* (*prædam*) *haud minutim ensibus prosecare.*

Hic in textu runico male *nidar* pro *nida*, s. *nidia* legitur, qvod et Wormio et interpreti danico supra laudato imposuit. Si ab hoc mendo discesseris, verba carminis sunt satis plana, et vox *ùlfa* non cum nomine *Endills* est conjungenda. Per *lupos* intelligit poëta qvasvis *feras carnivoras* et *cadaverinas*, qvibus humana strage, sive in terra, sive in mari illa edatur, esca paratur. *Endills nidia*, *Endilli posteros* vocat poëta *Ragnari Lodbrokii milites*, ad Endilli, veteris piratarum ducis s. regis exemplum, in navali prælio fortiter dimicantes, et ingentem hostium stragem edentes. Eosdem porro *halldorda*, ɔ: *fidei tenaces*, cui vox danica, ordholden, compositione inversa respondet, appellat; siqvidem, cum ante pugnam multos hostium prosternere, qvod *feris carnivoris cibum ubertim ministrare*, hic poëtice effertur, sibi proposuissent, promissis mascule steterunt; verum de his jam satis.

Ad Str. IV. *Gvnn*, vel *gvnnr*, *bellum*; hinc nomen propr. viri *Gunnar*, qvod latine *Gunnerus* efferri solet, *pugnacem*

significat; Anglis *gonner*, *miles tormentarius* olim vocatus. *Gangsvanir*, per antithesin, pro *gagnsvanir*, metri causa; *gagn*, 1) *commodum*, *emolumentum*, *lucrum*; dan. Gavn, gall. *gain*; 2) *victoria*, ut hic; *gagnsvanir*, *vincere sveti*, hinc gall. *gagner*, *vincere*, *potiri*; solennis olim erat formula ad pugnam provocantium: *hafi sà gagn*, *er gvd vill*, ɔ: *vincat*, *qvem vincere vult deus*. *Torg*, *forum*; dan. Torv; alia vocis forma *targa*, gen. *tavrgv*, qvod 1) est *forum*; 2) *clypeus*; 3) *terra*, *solum*, ut hic. *Himin*, vulgo *coelum*; dan. Himmel; in compositione, qvodlibet *altum* et *sublime*; significatione ab etymo deducta; *himin* enim olim et rectius hifin, et adhuc Anglis *heaven* dictum; a verbo *ek hef*, *tollo*, *elevo*; dan. jeg hæver; utrumqve ab adj. *hàrr*, *hinn havi*; gen. *hinns hàva*, *alti*; unde Oda Eddica, *Hàvamàl*, *Alticinium*, s. *Alti* ɔ: *Odini Cantus*, *Hàrr* enim unum ex Odini nominibus, fuit appellata; non qvod carmen ipsum ab Odino sit auctore profectum, sed qvia Odinus in ipso loqvens inducitur, et Odiniana

morum et prudentiæ præcepta continet. Hinc *himintarga*, *regio edita*, montosa nimirum Jotunhemia; hoc sensu Dani, himmelhøj, *præaltus*, etiamnunc dicunt. *Vargr*, 1) *lupus, fera*; in voce danica Varulv, pro *Vargulv* adhuc superest; qvin et ad Gallos migravit, et hic præposito *g*, qvod oppido freqvens, *gvarou*, s. *garou*, et *luop garou*, *homo in lupi formam conversus* dicitur; nec dubito, qvin germ. *erwürgen*, *jugulare*, a voce boreali *vargr*, *fera*, primitus descendat. 2, altera vocis *vargr*, significatio est *latro*, *hostis*, *turbator*; *vargr i veom*, *sacræ pacis turbator*, sæpe apud historicos obvium; unde *funes forenses*, intra qvos judices sedebant, *vebavnd* dicti; nec ullum fere dubium, qvin Germanorum *Vehmgerichte* illinc sit derivandum. *Fridar vargr*, *pacis turbator*, *Geirrodus* poëtæ vocatur, utpote hostis deorum; qvemadmodum eandem ob rationem gigantem *meinsvara*, *Str. III.* nuncupavit; utraqve enim vox *foedifragum* s. *perduellem* significat. Ideoqve *fridar vargs himintarga*, *alta tellus fædifragi*, nempe

Geirrodi, sunt *montana Jötunhemiæ*, qvæ tum Thorus et comites peragrabant, Geirrodgardos petituri. *Dreyri*, 1) *sangvis*, *cruor*, 2) synecdochice qvilibet *liqvor* s. *fluor*. *Seyri*, a *savr*, *impurus liqvor*, *illuvies lutosa*. A *savr* s. *sör*, *coenum*, *lutum*, villa Norvegiæ, *Sörbaj*, qvin et *Sora* Danorum, nomen detraxit; *seyris dreyri*, *impurus fluor*, poëtæ vocatur *urina* sororum Gialpæ et Greipæ. *Frvm*, particula, *primum*, s. *prima vice*; *kòm*, s. *kvam*, germ. *kam*, imperf. verbi *ek kem*, dan. kommer, *venio*; item *venire facio*. *Verr*, *gigas*; *fliòd*, *mulier*, *puella*. Bifariam igitur intelligi vertiqve possunt verba poetæ: 1) *frvm kam* (pro *var komit*) *seyris dreyra til vers flioda*, ɔ: *prima tum vice* (tanta) *impuri fluoris* (urinæ) *copia facta est puellis giganteis*; vel 2) si transitivus verbi, *ek kem* significatus magis arrideat, nominativus subjecti, ut loqvuntur grammatici, ex posteriori strophæ parte est arcessendus; ita nimirum: *bavlkveitir loka frvm kam seyris dreyra til vers flioda*, ɔ: *Lokii damnis læ-*

tans (Geirrodus pater tantam) *tum primum obscoenæ illuviei* (mingendi) *copiam fecit filiabus*; de his suum lectori arbitrium relinqvimus. *Bragd*, dan. Sned, *techna*, *dolus*; vox qvidem media, ast hic in deteriorem partem sumenda; *milldr*, lat. *mollis*, 1) *mitis*, *placidus*, dan. mild; 2) *largus*, *promtus ad aliqvid*, ut in dan. gavmild, lattermild, *munificus*, *ad risum facilis*; hinc *bragdmildr*, fraudum artifex, *inventor scelerum*, *qvasi pronus ad technas*. *Sefi*, *mens*, *animus*, *ingenium*; *brædi*, *ira præceps*, ab adj. *bràdr*, 1) *citus*, *celer*; unde dan. Brad-sot, *morbus subitus*; Braddød, *mors repentina*; nec non adv. *bradelig*, *cito*, *ocyus*; D. Kæmpeviser. P. 1. LXXIV. v. 25. Sende I Bud saa bradelig, *muntium qvantocyus mittite*; 2) *bràdr*, *est celer ad iram*, *irasci facilis*; qvod alias *skapbràdr*, vel *bràdr i skapi*, vocatur; hoc sensu in *Parabolis Petri Laglandici* vox occurrit: brade Mænd ere de bedste, o: *optima indoles facile irritabilis*. *Vændr*, pro *vanidr*, et hoc iterum pro *vaninn*, *adsvetus*, *solitus*; dan. vant et væn-

net til; hinc: *seflrædi vændr*, *animo celeriter irasci svetus*. *Bavl*, *calamitas*, *ærumna*; *kveitir*, archaice pro *kætir*, a verbo *ek kæti*, *gaudere facio*, *exhilaro*; ab adj. *kàtr*, dan. kaad, item kautig, qvam vocem in Cimbria aliqvoties audivi, *gaudens*, *lætus*, *hilaris*. *Bavlkveitir loka*, *qvi Lockii clade lætatur*, est *Geirrodus*, qvi Lockium prius, magicis artibus prehensum, et cistæ inclusum fame trimestri ad necem fere maceraverat, nunc Vimæ gurgitibus submergere conatus; conf. myth. *Briòta*, infin. a verbo *ek bryt*, dan. bryder, *frango*; hic *apprimo*, *occido*. *Bàgr*, *difficilis*, *incommodus*, *importunus*; *màgr*, *affinis*, *gener*; dan. Maage, qvod alibi notâvimus. Hic poëta Thorum et Lockium gigantum *importunos generos*, *bàgmàga*, vocat, eoqvod Thorus ex uxore gigantea Jarnsaxa liberos susceperat; et Lockius, gigantis Farbotii esset filius, liberorum ex gigantide Angurboda et ipse pater; ambo igitur, qva sangvine, qva affinitate gigantibus juncti, iisdem tamen ambo infensissimi erant hostes.

Grimnir, *Odini* in Edda *nomen*, *personatum* s. *larvatum* significat; ejus *brùdr*, *uxor*, est *terra*; à *grimnis brùdi*, igitur hic nihil aliud sibi vult, qvam qvod Geirrodus Thorum et comites *in terra*, ɔ: *in itinere pedestri*, qvo in Jotunhemiam tendebant, opprimere cuperet. Cæterum cum *grimnir*, non solum *Odini*, verum etiam *gigantis* sit *appellatio* eddica, dissimulare nolo, *Jotunhemiam*, Geirrodi qvippe ditionem, hic *grimnis brùdi*, Geirrodi *gigantis conjugem*, eadem nempe ratione, qva terra Odini uxor dicitur, hic appellari posse. Jotunhemiæ enim terminos Thorus et comites, Vimam, cujus aqvis magice adauctis submersos perdere Geirrodus volebat, trajicientes jamjam fuerunt ingressi. Thorum igitur et socios Geirrodus *à grimnis brùdi*, *in terra gigantea*, nempe *Jotunhemia*, qvo nunc iter faciebant, perimere annisus est. Hic sensus verborum, et principiis eddicis, et ad mentem poëtæ magis, me judice, est appositus.

Ad Str. V. *Vegr*, 1, dan. Vej, 2, *honor*; *þverrir*, *imminutor*, a verbo *ek*

þver, *decresco*, *imminuor*. *Fet*, vox obscoena, *pudendum muliebre*, alias *fud* s. *fut*, unde verb. dan. at skamsutte, *probris*, maxime *obscoenis* aliqvem *proscindere*; his agnatum videtur lat. *futuo*, qvod Galli *foutre* reddiderunt; cæterum vocem *fet*, hoc significatu in Svecia non ita pridem notam fuisse, docet jocosa de peregrino qvodam narratiuncula, qvi cum reginæ, latine gnaræ his verbis vale diceret: opto tibi *vitam* (*fitam*) longam! adstantium qvidam mussitando subjecit: rectius dixeris *profundam*. Ad vocem spurcam *fod* (*fud*) s. *fot* (*fut*) dan. Hundsvot, germ. *Hundsfott*, qvod *canis culum*, s. *cunnum* dicit, qvoqve convicii loco plebs utitur, referendum arbitror. A *fud* et *fet*, vel, qvod propius, *fed*, Gialpam infra poëta noster vocat *fedia*; de qvo suo loco. *Varra* et *vavr*, eddica est giganteæ s. *jotnicæ mulieris* appellatio. In gigantidum nomenclatura, qvæ in Eddis est copiosa, tria exinde formata nomina reperiuntur; nempe 1, *fävlvavr*, a pallore, qvod alibi *fiavlvavr* scribitur;

2, *sivavr*, forte *sìdvavr*, a *labiis prominentibus*, idem qvod *hengikepta*, qvæ solennis est gigantidis nuncupatio eddica; et 3, *leidvavr*, qvasi *fastidienda*, ab adj. *leidr*, dan. leed, *exosus*; in qvibusdam exemplaribus *leirvavr* scriptum legitur. Duplex igitur nominis *varra* et *vavr* reddi potest ratio; nam 1, *verr* in Eddis *gigas mas* diserte vocatur, cui respondet *varra* et *vavr*, *gigas foemina*; 2, jotnicas mulieres Odiniani contemtus ergo *varras* dixerunt, a *vavr*, *labium*, qvasi *labiosas*. *Rvnnin* et *afrvnninn*, *qvi* (*qvæ*) *defluxit*, dan. runden et afrunden, a verbo *ek renn*, dan. rinder, *fluo*; *afrvnnar* pro *afrvnninnar*, genitivus contractus; *olltin* et *vmolltin*, genit. foem. *vmolltinnar*, et contracte, qvod poëtæ nostro solenne, *vmolltnar*, præt. partic. pass. a verbo *ek vellti*, dan. vælter, *volvo*. Utraqve vox, *afrvnnar* et *vmolltnar*, ad *fetvavrru* est referenda, et de Gialpa intelligenda, qvam Thorus ictu lapidis mingere prohibuit, et statione dejecit; unde ipsius *vegþverrir*, *honoris imminutor*, i. e. *pude-*

factor vocatur. Cæterum appellatio *fetvarra*, qvæ *gigantidem bene cunnatam* significat, et mictitanti Gialpæ apprime convenit, ad alias qvoqve gigantides transferri potest; nam qvoad sensum eadem est, ac *bakravf* et *rifingafla*, *subtus hiulca* et *patula*, qvæ inter gigantidum nuncupationes in Eddis occurrunt. Verum poterit etiam *fet*, a voce *vavrv* segregata, cum voce *afrvnnar* conjungi, hoc ordine et sensu verborum: *oc vegþverrir vavrrv fetafrvnnar oc vmolltnar vann* etc. ɔ: *Et pudefactor gigantidis, qvæ statione deturbata mingere desiit, vicit* etc. Cum in voce *fet* spurca lateat obscuritas, credi poterit vel ipse poëta, vel librariorum aliqvis, qvo obscenior vocis significatus qvodammodo lateret, obtorta enuntiandi vel scribendi ratione ex industria *fed* in *fet* mutasse; etsi non negem, librariorum saltem aliqvot fuisse, qvi vocem *fet* non intellexerint. Ita *fed* in *fet* converso, alium verba sensum gignere possunt; *fet* enim ad *fat* v. *fata* si refertur, *vas* vel *situlam* significat; qvod cum ad

penum muliebrem, dan. Fadebuur, pertineat, *fetvarra giganteam foeminam* simpliciter innuit; etenim secundum eddica præcepta mulier a re vel supellectile, qvam tractat, recte denominatur. *Vann*, dan. vandt, *vicit, superavit*; imperf. verbi *ek vinn, vinco*. *Hiallt*, *pomum* s. *pila capuli*, qvod alias *sigvrhnod* poëtæ vocant, qvasi *victoriæ glomus*; tale geminum in gladiis veterum borealium fuit, *efra* et *nedra hiallt*, *superius et inferius*, nempe laminæ gladii propius. *Hagl*, *grando*, vox hodieqve Danis in usu; poëtice vero qvodlibet *missile telum hagl* appellatur; qvin etiam ipsi Latini pugnam jaculatoriam *telorum grandinem* dixerunt. Lapidem globosum, qvem in Gialpam mejentem Thorus conjecit, a formæ rotunditate *hialltz hagl*, *glomeratam grandinem*, s. *grandinis glomus*, Eilivus noster hic appellat. *A*, *amnis*; gen. sing. àr, qvi casus in nomine Aaros, vulgo Aarhus, qvæ urbs est Jutiæ, item in nom. villæ Arhem, adhuc superest; vox à, dan. Aa, gall. *eau*, lat. *aqva* dicitur. *Hlavp*, *cursus*, dan.

Løb; a verbo *ek hleyp*, dan. løber, *curro*. *Þat er hlavp ì ànni*, hodieqve in Islandia dicitur, cum amnis subito auctus æstuat. Dani dicunt: Aaen løber op s. frem; qva dicendi ratione etiam in sua lingva Germani utuntur. Hinc *hlavpà*, *amnis exundans*, est *Vima*, Gialpæ oreadis mictu repente adaucta; ejusqve *hialltz hagl* est lapis ille pugillaris, qvo ex amne sublato Thorus Gialpam feriebat et mingendi statione deturbabat. *Verr*, *gigas*; *navnn*, *gigantidis* in Edda *nuncupatio*; sed *gigantea gigas* nimis est pleonasticum, *ofborit*. *Nanna*, honestæ mulieris appellatio; qvin proprium etiam uxoris Balderi fuit nomen; unde *moniales nvnnvr*, dan. Nonner, deinceps dictæ; *vernanna* igitur est *gigantea mulier*. *Gapa*, gen. *gavpv*, qvælibet *res patula*; a verbo *at gapa*, dan. gabe, *hiare*. Giàlpam igitur mictricem *vergavpv navnnv*, qvemadmodum supra *fetvavrrv*, qvæ duæ appellationes qvoad sensum ne hilum qvidem differunt, *gigantidem subtus patulam*, ob rationes supra allatas, poëta hic nominat. Verum etiam honestioribus

offuciis res spurca tegitur, si voce *gapa*, *vas* qvoddam *patulum*, qvale latini *capulam* vocarunt, alias *kirna*, *cirnea* dictum, intellexeris; adeo ut *gávpv nanna*, poëtice qvælibet *mulier ignobilior* s. *ancilla* vocari qveat. *Stavckvir*, *fusor*, *fugator*; a verbo *ek stavckvi*, *in fugam ago*; *æstr*, *incitatus*, *fervidus*; a verbo *at æsa*, *incitare*. *Vrd*, gen. *vrdar*, *saxetum*, norvegis adhuc Ur dictum. *Þriotr*, adj. *contumax*, dan. trodsig; hic substantive sumtum est *hostis pervicax*, dan. en Trodser; *vrdar þriotr* authori est *Geirrodus*, Thori hostis, qvi cum suis confragosa montium inhabitabat; ejus *þiòd*, *gens*, sunt *gigantes*. *Leid*, imperf. verbi *ek lìd*, *labor*; dan. lider, item glider. *Leid or stad veg miavk breidan*, ɔ: *loco* s. *gradu perlate depulsus* dicitur Thorus ab incumbente aqvarum æstuantium cumulo. Per *stikleid* vadum Vimæ amnis intelligitur; *leid*, *via*; et in amne *vadum*; *at stika*, *lento et stabili pede*, *altiore vestigio*, *et qvasi numeratis passibus incedere*, qvod facere coguntur, qvi flavios, præser-

tim profundos et torrentiores pedites trajiciunt. *At fnasa*, *exspuere*, *exhalare*; a verbo *ek fnæs*, *exhalo*; proprie de serpentibus, venena spirantibus dicitur; hic improprie de Gialpa et sorore, purulentam urinam in Thorum et socios exundante. *Eitur*, *venenum*, *tabum*; dan. Edder; qvo nomine poëta aqvas Vimæ, Gialpæ veneficæ lotio mixtas, partim ob foeditatem virulentam liqvoris, urinæ scilicet giganteæ, partim ob prægelidas Vimæ aqvas, poëta sic nominat; venenum enim frigore necat; unde poëtæ latini *venenatos* serpentes *frigidos* appellant.

Ad Str. VI. *Mavrk*, gen. *markar*, 1, *tellus*, *regio*; hinc *markar burr*, *terræ filius*, est *Thorus*; 2, *locus* qvivis *forinsecus* situs; qvo sensu ei respondet hebræum חוץ, *platea*, qvatenus τῷ בית, *domus*, opponitur; hoc sensu Dani, Folkene ere i Marken, vel komme fra Marken, item Markarbeide, adhuc dicunt; 3, *locus sylvis consitus*, s. *sylva*, antiqvis *mavrk* etiam dicta; sylva vero insidiis opportuna; hinc, *at setia* ì *mavrk fyrir einn*, *insidias alicui ponere*,

exponi potest. Illinc, *at hlavpa til skògar*, apud *Snorronem* historicum significat, *ad latrocinandum in sylvas se proripere*. *Settv*, vel per antithesin pro *sòttv*, *se contulerunt* s. *petierunt*; vel elliptice pro *settv ferd* v. *gàng*, *iter* vel *gressum direxerunt*; unde *at setia til skogar*, *til hafs*, *sylvam* vel *altum petere*; vel deniqve *settv*, pro *settvz i mavrk fyrir hann*; *in via illi insidias posuerunt*; horum, qvicqvid libuerit, lector eligere poterit. *Màlhvettan*, pro *màlhvattan*, metri causa; *ad loqvendum stimulatum*; a *màl*, *loqvela*, dan. Maal, Mæle, et *ek hvet*, *acuo*, *stimulo*; hinc dan. jeg hvæsser, isl. *ek hvessi*, *acuo*; ab adj. hvass, *acutus*. Thorus nempe prius amnem tacitus trajecit; exundante vero flumine, cujus causæ fuerunt sorores, ad loqvendum incitatus fudit versiculos in fabula traditos: *Vaxa* þù *nù vimvr* etc. *Vala* et *Vavlva*, *vates circulatrix*; nimirum fatidicæ borealium, veneficiis et vaticiniis celebres, vicos rurales obeundo qvæstum faciebant, ab ambulonum scipione, qvi *vavlr*, *baculus*,

a forma tereti, dan. hvaldt, dictus, hoc nominis sortitæ. *Hallr*, gen. *hallar*, *petra*, *mons*; *hvæl* et *hvalr*, dan. Hval, *balæna*, *cetus*; *montium balænæ*, *hallar hvælvavlor*, poëtæ dicuntur gigantides, *Gialpa* et *Greipa*, a magicis, qvas in Thòrum exercebant, artibus. *Hàvskotnadar*, pro *hàvskotnadra*, qvod utraqve habet membrana, substitui, ne migraretur regula, qvæ sensum integrum in utrolibet strophæ hemistichio claudi præcipit; qvamvis hanc ab omni exceptione non semper immunem esse, non levis mihi sit suspicio. Hujus securus lectionem codicum præferendam siqvis censeat, integram stropham sic legito et intelligito: *þar settv i mavrk fyri màlhvettan markar bvr; ne hallar hvælvavlor svàvo. Knàtti hàvskotnadra hlymþel glymia vid mavl hreggi havggvin; en fediv fellihryn þavt med fialla stedia*; ɔ: *ibi foras cucurrerunt obviam terræ filio; nec vagæ rupium balænæ dòrmiebant: urinalis alticorporum imber in arenam nimbo verberatam detonuit; et desæviens faunae mictitantis procella per præ-*

rupta montium obmurmurabat; nunc ad vocum analysin regredimur. *Hàvskotnadar*, adject. plur. foem. a sing. *hàvskotnadr*, pro *hàskotin*; dan. høiskudt, som har skudt sig høit i Veiret, *qvi in altum se subjecit* s. *excrevit*; respondet igitur danico høivoxen, *procerus*; unde Virgilius *cyclopes* Siculos a proceritate *aërios fratres* vocat, qvod horsum transferri potuisset; cæterum vox ista jam insolentior. Nempe *skotnadr* pro *skotinn* eodem modo formatum, qvo *blotnadr* pro *blotinn*, *humefactus*; *brotnadr* pro *brotinn*, *fractus*; *rotnadr* pro *rotinn*, *putrefactus*; utraqve forma in raadnet et raaden, Dani utuntur. *Hàv* pro *hà*, propter metrum, ab *hàrr*, *hinn hàvi*, gen. *hins hàva*, *altus*, *procerus*. *Svàvo*, imp. verbi *ek svef*, dan. sover, *dormio*. *Ek knà*, imp. *knàtti*, *potis sum*; hic verbum auxiliare: *knàtti glymia*, periphrastice pro *glvmdi*, *sonabat*. *Fedia*, *gigas foemina*, gen. *fediv*; qvamvis nomen istud in Eddis non inveniatur, qvin tamen gigantidis sit appellatio, nullum fere est dubium; derivatur *fedia* a *fed*, *fod* s.

fud, *cunnus muliebris*; de qvo vide, qvæ Str. V. notavimus. Nec multum fortassis erraverit, qvi nomen molitricis Frodianæ, *Fenia*, s. *Fennia*, cujus meminit *Grotticinium*, prorsus idem esse dixerit cum nostro *Fedia*, qvod *bene cunnatam* significat; propter solennem literarum *d* et *nn*, ut in *mvdr* pro *mvnnr*, *edr* pro *enn*, qvod alibi monuimus, permutationem. *Hlymþel*; vox illa *þel*, in qvam membranæ consentiunt, aliqvantum mihi negotium facessivit, alias qvidem satis nota, sed significatibus, qvi menti poëtæ et carminis contextui nevtiqvam congruunt. Tandem eddica qvædam charta objecit mihi parum honorificam foeminæ appellationem, qva *styrandi þvals edvr hlandskiòlo* vocatur. Donec igitur rectiora docebor, *þval* s. *þvel* eddicum, et authoris nostri *þel*, qvod in omnibus, qvæ viderim, Eddæ exemplaribus sic scribitur, opinor esse synonyma vocis *hland*, *lotium*, qvod alias *þvag*, et cum inferbuerit *keita*, latinis *urina* dicitur; qvemadmodum vero *þvag* a verbo *ek þvæ*, dan toer, *lavo*, ita

lat. *lotium* a *lavando* dictum; unde simul colligere licet, qvod prisci Romani, non secus ac boreales, urina pro lixivio et sapone ad lavandum adhibuerint, eoqve non solum laneas lineasqve vestes, verum capitis etiam capillos, nevtiqvam vero dentes et palatum, ut de Islandis qvidam malevole nugatur, abluere sint soliti. Illa certe conjectitia vocis *þel* s. *þvel* significatio, ad argumentum poëtæ nostri tam est apposita, ut nihil magis. Docet enim fabula, Greipam mingendo æstum fluminis Vimæ adeo auxisse, ut Thorus, ne mergeretur, divina virtute, *àsmegin*, indiguerit. Vox *hlymr* et *hliòmr*, *sonitus*, voci latinæ *clamor* agnata videtur; *ek glym*, infin. *glymia*, *resono*. *Mavlr*, *arena*, *sabulum*; a verbo *ek myl*, *comminuo*, *molo*; talis hic arena intelligitur, qvalis est in margine vel fundo maris et fluviorum. *Hregg*, *procella*, *tempestas nimbosa* et *vehemens*; *havggvinn*, *cæsus*, *verberatus*; dan. hugget; a verbo *ek havgg*, *cædo*. *Fellihryn*, *effusus imber*; a *felli*, qvod in compositione, est *caducus*, *de-*

pluus; qvod iterum a verbo *ek fell*, dan. falder, *cado*; *hryn*, *ruina*, item *imber* s. *procella*; a verbo *ek hryn*, *ruo*, qvod de aqva et sangvine manante et depluente adhibetur; hoc sensu poëta noster *effusum* gigantidis mejentis *imbrem* vocat *fellihryn*; eodem etiam Virgilius tempestuosum nimbum dixit *coeli ruinam*. Verbum *ek þyt*, imp. *þavt*, dan. tuder, *resono*; hic vivis coloribus depingitur murmur fluminis impetuose labentis. *Stedie*, *incus*; dan. Ambolt; *fialla stedie*, *incus montana*; nempe *mons præruptus*, qvi alias *stapi* dici solet.

Ad Str. VII. *Herdiniòtr*; vox composita ab *herdi*, qvod cum aliis conjunctum, *durum* significat; ab adj. *hardr*, dan. haard, gall. *hardi*; et *niòtr*, *usor*, a verbo *ek nýt*, dan. nyder, *utor*; hic vero *niòtr*, dan. Benytter, idem est ac *possessor*, *dominus*. *Niardgiavrd*, gen. *niardgiardar*, *arctum cingulum*, ɔ: arcte stringens; eodem sensu *niardlàʃs*, *sera adstricta*, *robusta*, *firma*, occurrit in carm. Eddæ Sæm. *Fiölsvinsmàl*, XXVII. 6. ab adj. *nàrr*, dan. nær,

propinqvus, adstrictus, tener; unde *nàrr, cadaver*; *nàri, ilia*, qvæ pars inferior corporis maxime adstricta et gracilis; *giavrd*, dan. Giord, *cingulum*; *niardgiavrd*, hic dicitur cingulum Thori roborificum, sub nomine *megingiardir* in Eddis perqvam celebre; hujus *niòtr, usor* s. *possessor* est ipse *Thorus*. *Hardvaxnar*, contracte pro *hardvaxinnar*, vel *hardvaxnrar*, adj. gen. sing. foem. a nominativo *hardvaxinn, qvi duro et compacto est corpore*; danice haardvoxen dixeris; pertinet ad Gialpam, utpote gigantidem; cæterum ista contractio, ut poëtæ nostro propria et solennis notari meretur, qvi Str. V. *afrvnnar* et *vmolltnar*, pro *afrvnninnar* et *vmolltinnar*, dixerat. *Hallland, montana regio*, nempe *Jotunhemia*, ab *hallr, petra, mons*; de qvo supra. *Mar, mare, pelagus*; intelliguntur vortices Vimæ fluminis, Gialpæ urina adaucti et æstuantes, qvos Thorus, *ser of sik falla, videt in se proruere*. *Gat*, imp. verbi, *ek get, possum*; hic impersonaliter et intransitive sumtum; *neytri*, pro *nytari*, comparativus

adj. *nytr*, *utilis*, dan. nyttig, a verbo *ek nyt*, *utor*; *gat at hin neytri ràd fyri ser*, ɔ: *non pote erat*, vel *nulla erat copia utiliorum sibi consiliorum*. Þ*verrir*, *decrescere faciens*, *imminutor*, ut supra Str. V. *veg*Þ*verrir*. In sensum qvidem apte satis qvadrat lectio Cod. Reg. Þ*orns barna*, *gigantis liberorum* ɔ: *gigantum*, qvi supra Str. II. Þ*orns nidiar*, *gigantis posteri* s. *cognati* vocantur; verum vocum, Þ*orns barna niarnar*, in eodem versu cacophoniam metri ratio vix permittit. Ferri possit lectio *Cod. Worm.* Þors, qvod tamen mendum, pro Þ*orn*, sesse suspicor, si vocula Þ*òrs* ad *megin* referatur, ut hic Þ*òrsmegin* pro *àsmegin* sit positum, juxta verba Thori in Fabula, qvo respexisse pöëta videtur; verum sic vox *niarnar* utroqve, et ad Þ*verrir barna*, et ad *sal*Þ*ax*, foret referenda; qvod, etsi non sine exemplo, minus tamen arridet. Verum, qvid tricis opus: Þ*ufs*, *gigas*, pro Þ*orns* vel Þ*òrs* substitui; qvod in carmine tam antiqvo haud temerarium videtur. *Lætr*, tert. pers. sing. verbi *ek læt*, *simulo*, *præ me fero*, hic

dico. *Niavrn*, gen. *niarnar*, nom. pr. *Skadeæ*, *Thiassii filiæ*; hic qvævis foemina gigas; hujus nominis alibi aliqvoties facta est mentio. *Salr*, *domicilium*, *conclave*; dan. Sal; *niarnar salir*, *gigantidis conclavia*, sunt *antra montium*; montium *þak*, dan. Tag, *lacunar*, *tectum*, est *coelum*, juxta canones Eddarum poëticos; hic vero *salþax* pro *salþaks* scriptum, ut τω *vaxa* in metro consonaret. *Nema*, nisi; *þyrri*, imp. præs. conjunctivi, a verbo ek *þver*, *decresco*; nisi forte ad verbum *ek þyr*, dan. tørres, *aresco*, sensu fere eodem, referre malis. *Sneri*, imp. verbi, *ek sny*, *verto* et *vertor*; dan. snoer; *sneri blod til svira*, *sangvis ad cervicem se convertit*; dan. Blodet steeg ham til Hovedet; de Thoro intelligo, *æstu* scilicet *divino*, (*àsmegin*), jam effervescente. *Svìri*, subst. *guttur*, *jugulum*; inde verbum dan. at svire, ɔ: drikke stærk Drik, *ingurgitare*, est profectum.

Ad Str. VIII. *Snotr*, adj. *pulcher*, *elegans*, *eximius*. *Vìkingur*, 1, *pirata*, qvod olim in Septentrione honorificum; 2,

pugnator, vir fortis in armis; alias *vìgingr*, a *vìg*, *cædes*, *pugna*. *Gavtr* et *gavti*, Odini nomen. *Eidsvari*, dan. Eedsvoren, *qvi juratus aliqvid promisit*; unde *eidsvarar kongs*, historicis dicuntur subditi vel ministri regii, *qvi regi homagium dixerunt*. Per *gavta fridar eidsvara*, qvi *Odino pacem* ɔ: *fidem*, qvam notionem vox *fridr* sæpius nanciscitur, *jurati addixerunt*, vel Asios ipsos, fidos scil. Odini socios et ministros, vel homines Odini cultores, ejusqve religioni et sacris addictos intelligit poëta, in oppositione cum gigantibus s. Jotnis, qvi Odini pariter ac Odinianorum erant hostes. *Gavta eidsvara vikingar*, *Odinianorum propugnatores*, poëtæ sunt *Thorus*, cum comitibus, *Lockio* et *Thialbio*. Verbum ek *ved*, imp. *ód*, et plur. *ódv*, *vado*; dan. jeg vader. *Vnnr* et *vdr*, 1, *mare*, 2, generatim *aqva*, *liqvor*; *fengr* et *favng*, *copia*, *facultas*, a verbo *at fà*, dan. faae et fange, *adipisci*; *feng vnnar*, aqvas fluminis Vimæ, Thoro et sociis trajiciendas, hic vocat poëta. *Sverd*, dan. Sværd, 1, *gladius*, *en-*

sis; 2, sensu obsceno, ut hic, est *membrum virile, penis, inguen*, qvod *hastam virilem* medici latine nuncupant. Luculentus in hanc rem est Eddæ Snorrianæ locus: *Vapn þat, er stendr à medal fòta manni, heitir sverd eda brandr, oc avllvm sverdz heitvm.* Et mox: *Bvrdardyr mà kalla travd, eda slìdvr, vmgiavrd, havll eda hirdslv þess fyrsta*; o: *Stat inter femora viri telum, qvod ensis vocatur, vel spiculum, omnibusqve gladii nominibus. — Pariendi ostium appellari potest istius teli via trita vel theca, vagina, aula vel conditorium.* Hæc habet Edda Snorrii, non ex Cod. Regio, aut Wormiano, sed illis longe recentior, ad cujus formam et exemplar suam edidit Resenius; qvibus Eddæ verbis ad intelligendam hanc carminis nostri stropham, et alia ejusdem loca nil dici poterat appositius. *Sverds setvr, hastæ virilis sedes*, est *pudendum muliebre*, qvod *vaginam muliebrem*, cum Edda, etiamnunc medici appellant. *Rvnn*, subst. neutr. *fluor*; a verbo, *ek renn*, dan. rinder, *fluo*; ita *sverdz*

setvrs rvnn, vaginæ muliebris profluvium, Gialpæ *urinam*, qva fluminis aqvas adauxit, poëta nuncupat. *Flavt*, imp. verbi *ek flyt, fluo*, dan. flyder; *fast*, adv. *violenter. Hravnn*, una ex *Ægeri* et *Ranæ* filiabus, adeoqve borealium *una Nereidum*; hæc est notio vocis mythologica; cæterum appellative *hravnn* est *aqva undans* et *æstuans*; a verbo, *ek hryn, ruo, impetuose fluo. Skafl, locus editus et arduus*; hinc *sniò-skafl*, dan. Sneedrive, *nix in altum et præruptum cumulata*; *iardar skafl*, *terræ cumulus* est *mons altus* et *præceps*; hinc *iardar skafls hravnn* est *aqva*, Vimæ scil. fluvii, *per prærupta montis se provolvens. Afl, vis, violentia*; *af afli*, adverbialiter, *per vim, violenter*, dan. vældigen; *blàsin*, dan. blæst, partic. pass. *flatus*; a verbo, *ek blæs*, dan. blæser, *flo, flamino*; hic *effusus, citatus*; *hret* et *hretvidri, tempestas, procella*; *þvrdi*, pro *þveradi* vel *þverdi*, imp. verbi, *ek þver, decresco, minuor, deficio*, vid. supra; *at* particula negativa. *Kyqvi* vel *qviki*, secundum Eddam est

pars aliqva *manus*, sed qvænam, Edda non determinat. Qvoniam autem vox *kyqvi*, vel *qviki*, cum voce *qvikr* haud dubiam habet agnationem, qvod adj. *vivum* significat, unde Svecis *qvick* est *vegetus*, *alacer*, et Qvægsølv, est *argentum vivum* s. *mercurius*, erit *kyqvi* pars illa manus, ubi motus qvidam vitalis observatur, adeoqve carpi pars interior, ubi arteria axillaris perpetuo salit; vel ipsa forsitun hæc *arteria*, dan. Pulsen, Pulsaaren, veteribus in sua lingva, *qviki*, vel *kyqvi* dicta. *Navd*, gen. *navdar*, alias *hnydia*, dan. Nødde, est *trudes*, *clava*; hinc *brachium pugno armatum bognavd*, qvasi dan. Bovnødde, veteres dixere; simili modo *kyqvanavd*, *trudes manualis* s. *brachium* poëtæ nostro nuncupatur. *Rann*, *sedes*, *statio*, *domicilium*; unde verbum danicat randsage, *investigare*, proprie *domum perqvirere*, est profectum; *havdr*, *locus editus*, ab *hæd*, dan. Højde, *altitudo*; et hoc iterum ab adj. *hàrr*, dan. høj, *altus*, *sublimis*. *Kyqva navdar rann*, brachiorum sedes s. statio sunt *scapulæ* s. *humeri*, et

kyqva navdar havdvrs rann, sunt *altæ scapulæ*. Etsi *kyqvi*, *arteriam*, per conjecturam, ut mihi qvidem videtur, satis probabilem, supra réddiderim, inficiari tamen nolo, vocem hanc apud historicum scriptorem mihi lectam, eo verborum contextu, ut *suram pedis* significare possit; illa vocis notio si ad brachium, de qvo nostro poëtæ sermo, transfertur, *kyqvi* hic erit *musculus* s. *torus brachii*, qvem dan. Muskler paa Armen, vocamus; qvod in phrasi integra, *kyqva navdar havdvrs rann*, qvatenus *altas scapulas* notat, in sensu nihil immutat; qvoniam autem per poplitem et suram arteria descendit, *kyqvi* hoc loco erit *arteria pedis*, cujus tamen motus vitalis extrinsecus non observatur. *Aas*, *deus*; commune Odinianorum numinum nomen, qvi in plur. *æsir*, *Asii* sunt dicti; *herdiàs* est *Thorus*, utpote *deorum* omnium fortissimus et *acerrimus*; ad hujus igitur dei, *Vimam* pedibus trajicientis, celsos humeros vorticosæ fluminis aqvæ pertigerunt, id qvod satis graphice heic poëta describit.

Ad Str. IX. *Vnnz*, adverb. temp. *donec*, *usqvedum*. Þiàlfi, *Thialbius*, fa-

mulus et comes assiduus Thori. *Ytar, viri*, poët. proprie qvi militando peregrinantur; ab *ùt, foras, peregre*; *sinni, comitatus*, item *auxilium, suppetiæ*. *Siàlflopta, ultro pendulus*; a *siàlfr*, dan. ſelv, *ipse*, et *lopt aër*, item qvicqvid *levatum* et *sublime terram non tangit*; dixeris danice ſelvløftet. Nempe Thialbius balteum Thori, statura grandioris, tenens, amnem Vimam ita pervasit, ut ab aqvis ultro levatus, fundum pedibus non attingeret, conf. Fab. *Siòli, rex, princeps*, et *skavn, terra*, voces sunt poëticæ. *Seil lacuna*; hic *alveus Vimæ amnis*; *himin, cœlum*; hic *locus editus*, nempe *crepido* s. *ripa fluminis*. *Aflravn, virium periculum*, s. *discrimen*; utraqve vocis pars in antecessum nobis explicata. *Mimir, nomen gigantis* eddicum; *hreckr, dolus malus, scelus dolosum*; dan. Renke; *eckia*, dan. Enke, *vidua*; poëtice qvævis *foemina*; *hreck mimis eckior*, s. rectius *mimis hreckeckior*, *dolosæ gigantides*, sorores scil. Gialpa et Greipa, Thoro et sociis insidiantes. Verbum *àdv*, imp. verbi obsoleti *ek ài, fluere* vel *scaturire facio*; hinc *ida, vortex flu-*

minis, et *æd*, germ. Ader, *vena saliens*, *scaturigo*, ut in dicterio Thori: *vid æd skal à stemma*, ɔ: *in scaturigine amnis est obstruendus*. *Stravmr*, dan. Strøm, *fluxus aqvæ*; *strìdr*, adj. *vehemens*, *torrens*, alias *difficilis*, *molestus*. *Stàl*, 1, *chalybs*, *ferrum*; dan. Staal; 2, *antica pars rei prærupta*, ut *stàl à heyi*, *antica pars struis foeni*; item 3, *stàl à skipi*, *exterior* vel *antica proræ carina*, undas proscindens; conferri meretur Sverris-Sagæ Cap. LXXXI. ubi legitur: *havfdo raskòtt fyri stàlinu*, *habebant proris vorticosum mare*; obiter moneo *raskòtt* hic pro *rastòtt* dictum; a *ravst*, gen. *rastar*, *vortex* s. *gurges maris*. Verum fieri qvoqve potest, ut 4, ipse *gurges fluminis*, superne incumbens, ob similitudinem montis prærupti, poëtæ *stàl* dicatur; qvemadmodum apud Virgilium: inseqvitur cumulo *præruptus aqvæ mons*. Si tertius vocis *stàl* significatus, ob locum Historiæ Sverrerianæ parallelum, præ cæteris placeat, sensus verborum poëtæ hic erit: *hreckmimis eckior àdo stàli stridan stravm*,

ɔ: *dolosæ gigantides adeo torrentem aqvæ gurgitem* (mingendo) *effuderunt, ut navium proris fere esset ineluctabilis. Steypir*, verbale, *præcipitator*; a verbo *at steypa, præcipitare*, item *fundere, conflare*; posteriorem Dani significatum in verbo at ſtøbe retinuerunt; huic Svecorum, *at stiupa, in prælio cadere*, est agnatum; hinc qvoqve orta est vox danica Støbregn, *nimbus effusus, procella*, qvod novaturientibus Støvregn nunc effertur, sensu vocis origini fere contrario. *Strìdlvndr*, pro *strìdlvndadr*, alias *stridlyndr*, danice ſtriːſindet, *animo pervicax, contumax, ferox. Stòp, mare altum, pelagus, pontus*; hinc ortum est nomen balænæ grandioris *steypireydr*, qvam *musculum* vocat *Linnæus*; nempe a *stòp, pelagus*, et *reydr, trutta*, a colore rubicundo sic dicta; *steypireydr, trutta oceani*, qvasi danice Havforelle dixeris, eodem modo formata est, qvo noster poëta balænam vocat *stòphnìsa*; *hnìsa* nimirum est *phocæna delphin* authorum. *Hnìsa* inter balænarum nomina in eddicis monumentis visitur, qvam-

vis hoc recentiorum systemati repugnet, cujus ignari fuere majores. Qvoniam vero balænarnm nomina gigantibus utriusqve sexus indere solebant veteres poëtæ boreales, *stòphnìsa* authori est, vel ipsa *Gialpa*, qvam mingendi statione Thorus depulit, vel qvælibet alia *mulier gigantea*, qvibuscum internecinum Thoro bellum, unde *stòphnìso steypir, gigantidis prostrator* s. *percussor* hic nuncupatur. *Vavlr, scipio*, a cylindrica seu tereti forma; dan. hvaldt *convexus. Fòr med vavl*, antiqve, *nitebatur scipione*; danice, at gaae med en Kjep, *baculo niti*, etiamnunc dicimus. *Grida, nom. propr. gigantidis*, qvæ scipionem Thoro, in Jötunhemiam tendenti commodavit; confer Fab.

Ad Str. X. *Ne*, nec, conjunctio. *Akarn*, dan. Agern, *glans qvernea*. Qvamvis utriqve membranæ lectio *akarn* sit communis, nec ulla suppetat lectionis varietas, qvæ aliud substituat; qvamvis deniqve ipse non diffitear, ob qvalemcunqve formæ similitudinem *cor* ita poëtice nuncu-

pari posse, mendì tamen suspicionem allatæ rationes non adimunt, cum potiores vocem *akarn* dissvadeant. Primo enim inter cordis appellationes copiosa satis Eddarum nomenclatura vox *akarn* non invenitur, qvam tamen non omissam fuisse existimo, si tam idoneum appellationis auctorem habuerit, qvam noster fuit poëta, cujus in Eddis auctoritas toties citatur. Porro phrasis, *dràpv stall*, mutila est et semihiulca, pro qva omnino substituendum esse, *drapv* à s. *i stall*, vel unicus Sturlæ Thordsonii in *Hàkonarqvida* locus evicerit: *þà var gedsteinn, gavtskom manni, styriar stvnd, ì stall drepinn*: ɔ: *Tum mentis lapillus* (cor), *Gotho homini, belli tempore, in scamnum sidebat*, i. e. *præ metu palpitabat.* Accedit deniqve, qvod solennis cordis appellatio in omnibus Eddæ Snorrianæ exemplaribus sit *korn*; hinc pro una voce *akarn*, duas in contextu reponendas credidi; nempe *à korn*, vel rectius, juxta locum Sturlœanum, *ì korn. Korn*, 1, *frumentum*; 2, *nucleus*; idem qvod *kìarni*; dan. Kjærne;

3, poëtice *cor*, secundum Eddam, qvasi *nucleus pectoris*. *Stallr*, *pulvinar*, *ara*, *scamnum*. Verbum *ek drep*, dan. dræber, *pulso*, *occido*, *dejicio*. Sin vero ob Codicum concordiam lectio à *korn* præferenda videatur, verba, *korn dràpv* à *stall*, vertenda forent, *corda pulsabant scamnum*, scil. *palpitando*, ubi prius præ metu ad lumbos subsedissent; qvemadmodum *at drepa* à *dyr*, *pulsare januam*, antiqve dici solet. Nimirum prisci boreales cor animi et fortitudinis sedem habebant; qvod dictiones hodieqve usitatæ testantur; ex. gr. dan. behjertet, hos hvem Hjertet sidder paa det rette Sted, animosus dicitur. De ignavis contra et meticulosis dici solet: hans Hjerte sidder ei paa sit rette Sted; vel Hjertet sank ham i Knæerne; veteres autem dixerunt: *hiartat drap hanvm ì stall*, dan. sank til Benets, *in scamnum subsidebat*: *dràpv* pro *dràpvz*, vel *vorv drepin*, freqventi formarum permutatione; qvæ tamen, si lectio, à *korn*, admittatur, hujus non est loci. *Firi*, *vir*; pl. *firar*, *viri*; vox poëtica. *Dòlgr*, *hostis*,

inimicus; de qva voce alibi egimus. *Vamr*, s. *vomr*, *homo detestabilis*; a verbo, *at væma*, dan. væmmes, lat. *vomere*, *nauseare*, *abominari*; *dòlgvamr*, *infensus*, s. *male animatus tenebrio*; scilicet Geirrodus Thori et deorum hostis poëtæ intelligitur. *Stavd*, gen. *stavdvar*, *statio*, *sedes*; *dòlgvams stavd* est *Jotunhemia*, Geirrodi ditio; *qvidiondvm*, particip. præs. act. verbi *at qvidia*, pro *qvedia*, *indicere*, *declarare*. *Ravst*, gen. *rastar*, *vortex maris*; *glam*, gen. plur. *glamma*, *strepitus*, *murmur*; a verbo *ek glym*, *resono*; *diùpr*, dan. dyb, *profundus*; hinc *diùprastar glamma fall*, *profundi gurgitis sonora proruptio*, in Vima sc. amne, gigantidum veneficiis æstuante. *Feirdar* pro *fiardar*, et *dirfinn* pro *diarfann*, in posteriore hoc strophæ hēmistichio metri rationibus coactus substitui. *Fiavrdr*, gen. *fiardar*, 1, *sinus maris*; 2, *abolitor*, *disturbator*; a verbo *ek firri*, *amoveo*; qvod iterum ab adv. *fiær* et *fir*, dan. fiær, *procul*; *eids fiavrdr*, *juramenti abolitor* s. *fractor*; ɔ: hostis deorum, nempe

Geirrodus gigas, qvem Str. III. *meinsvara* vocavit poëta. *Arfi*, *hæres*; dan. Arving. Hic Thorum, qvippe victorem, dicit Geirrodi prostrati hæredem; more scil. veterum borealium, apud qvos in singularibus conflictibus victor in victi bona succedere solebat. *Hlavt*, imp. verbi *ek hlyt*, *sortior*, *adipiscor*. *Ogn*, *terror*; *diarfr*, acc. *diarfann*, *audax*; norveg. diærv; a verbo ek *Þori*, germ. ich darf, gr. θαρρεω, lat. *audeo*; hinc *ògndiarfr*, *adversus terrores* et *pericula audax*, *imperterritus*; *Hugr*, *mens*, *animus*; dan. Hu. *Þròttr*, *fortitudo animi*; *Þròttarsteinn*, *fortis animi lapillus*, in *Hakonardrapæ* loco supra allato *gedsteinn*, *mentis lapillus*, poëtice *cor* nuncupatur. Verbum *ek skelf*, dan. jeg skjælver, *tremo*, *paveo*; *a* et *at*, particula negans; *òtti*, *metus*; *vid òtta*, *præ metu*. Cæterum priusqvam hanc stropham missam fecero, observare non pigebit, qvippe qvod nescio ecqvis antea notaverit, duos ultimos hujus strophæ versus: *skelfra Þòrs ne Þiàlfa*, *Þròttar steinn vid òtta*; esse versus carmi-

nis Thorsdrapæ intercalares, Omkvædet, etsi in hoc fragmento semel tántum occurrant. Huic assertioni suo infra loco faciam fidem, ubi, inter reliqva nostri Gudrunidæ fragmenta, ex Edda Snorriana hemistichium dabo et exponam, in qvo distichon illud intercalare totidem verbis recurrit. Dicti igitur qvatuor versiculi qvoniam poëtæ Eilivo, qvod Thorsdrapæ authoris fuit nomen, tribuuntur; qvoniam eodem sunt metro compositi, qvo nostra Thorsdrapa; cum itidem de Thori dei laudibus agant, et, ut videtur, *conflictum* Thori *Hrungnerianum*, in qvo Thorus Thialbium habuit comitem et adjutorem, celebrent; et cum deniqve eadem prorsus verba, qvæ in Carmine Thorsdrapa habentur, iterent, nimirum *skelfra þòrs ne þialfa* etc., nullum fere dubium relinqvitur, qvin pro parte carminis Thorsdrapæ sint habendi. Hinc simul colligitur, fragmentum, qvod nobis in manibus, et XIX constat strophis, esse modo aliqvantam carminis Thorsdrapæ partem, qvæ canit *Expeditionem Thori contra Geir-*

rodum; cum reliqva, qvæ de aliis Thori facinoribus egerunt, ætatem non tulerint. Qvandoqvidem autem intercalares hi versus decimam fragmenti claudunt stropham, idemqve fragmentum in undevigesima stropha desinat, cum veri qvadam specie colligi potest, decimam qvamqve poëmatis stropham his intercalaribus versibus fuisse distinctam; atqve adeo Thorsdrapam, vel hoc respectu, id genus fuisse poëma, qvod veteres *Togdràpa* dixerunt, qvasi *Carmen denarium*; *togr* enim s. *tvgr* olim *decas* vocatur.

Ad Str. XI. *Hardgleyfnir*, vox composita ab adj. *hardr*, dan. haard, *durus*, et *gleyfnir*, qvæ vox a *glòfi*, angl. *glove*, *chirotheca* est orta. *Hardgleyfnir* igitur est commoda satis Thori appellatio, utpote qvi *chalybeis chirothecis* manus armaverat, ut alias, qvoties Miölnerum s. fulmen torserat, ita et hic cum Geirrodo conflicturus. *Bardi*, imp. verbi *ek ber*, *ferio*, *percutio*, *verbero*. *Grida*, *ancilla*, *puella*, alias *gridkona*, et contracte *gridka*. *Sìfvni*, vox

composita a *sì*, particula inseparabili, *perpetim*, *continuo*, et *fvni*, *flamma*, *æstus*; eodem fere sensu vox *fvni* heic adhibetur, qvo Dani sangvinem e vena secta emicantem Blodstraale dicunt. Hic certe de *urinæ æstuario*, qvod in Thorum et comites Gialpa magica virtute profudit, intelligendum, qvam ideo *sìfvna gridv*, ɔ: *puellam perpetuo* et *ubertim mingentem* poëta nuncupat. Fieri etiam potest, ut *sìfvni*, s. *sifvnni*, hic ad vocem *fvd*, de qva supra Str. V. et VI. respiciat, ob freqventem literarum *d* et *n* permutationem, ut in *vdr* et *vnnr*, *unda*, multisqve aliis. *Havrdi*, *lapis;* alias *hardsteinn*, in *Vigaglums Saga*, et alibi dictus. Etiamsi vocem hanc in Eddis aut aliis monumentis nondum invenerim, in contextu tamen carminis vix aliud significare potest; nec vero absimile dixeris, *Havrdàland*, Norvegiæ partem, qvasi *regionem lapidosam*, hinc traxisse nomen. *Kyn*, dan. Kiøn, *genus*, *sexus*. *Sverd*, *hasta virilis*; hujus *hattr*, *pileus*, *operculum*, est *vagina muliebris*; confer locum

Eddæ Snorrianæ ad Str. VII. a nobis supra allatum. *Lidr*, dan. Led et Lem, *membrum*, *artus*. *Bordz* pro *burdz*, et hoc iterum pro *burdar*, a *burdr*, *partus*, svec. *Börd*, dan. Byrd, ut in fra Guds Byrd, *a partu virginis deiparæ*, de æra Christiana. *Hlŷf*, gen. *hlŷfar*, 1, *id*, *cui parcitur*, v. *qvod tegitur*, ut hic; 2, *id qvod tegit*; unde munimenta corporis bellica, ut clypeus, galea, lorica, communi nomine *hlŷfar* olim dicta, a verbo *ek hlŷfi*, *protego*, item *parco*; utroqve sensu *hlifar lidr*, *pudendum muliebre*, qvod scilicet tegi, et cui parci solet; hinc *kynsverdz hattar hlŷfar bordz lidr*, *sexualis gladii operculi tegendum pariendi membrum*, heic appellatur; qvasi Kiøndolkes balgens Fødsels Blusellem, danice dixeris; qvod vernaculæ auris reverentior aliqvanto mitigatius et abstrusius in versione danica reddidi. Hisce verborum ambagibus et involucris rei spurcitiem utcunqve celare voluisse poëta videtur. *Skàl*, gen. *skàlar*, dan. Skaal, *patera*, *poculum*; *eik*, dan. Eeg, *arbor*, *qvercus*; arborum vero nomi-

na foeminis dare, adjecto supellectilis v. rei cujusdam muliebris attributo, poëtica veterum præcepta permittunt. Pocula autem in conviviis ministrare foëminarum in septentrione olim officium; hinc *skàleik*, s. *skàla eik hedins*, *pocillatrix Hedini*, est ipsius uxor *Hilda*, qvæ borealium erat *bellona*, utpote qvæ patrem *Högnium* et maritum *Hedinum* prælio ad finem usqve mundi duraturo committere tradebatur; vid. Fab. LXVII. *Eddæ Resenianae*, et *Hist. Olai Tryggvidæ*, *ed. Skalh.* P. 2. Cap. XVII. p. 57 et 58. Hic vero *Hilda* metonymice pro *pugna* sumitur; *ek reika*, *ambulo*, *vagor*; *skàleik hedins reikar*, *Hilda vagatur*, ɔ: *pugna jam coeperat*; *àdvr*, *priusqvam*. *Hriòdvdr*, *profligator*; a verbo *ek hryd*, imp. *hravd*, infin. *at hriòda*, *vacuo*, *vasto*, *profligo*; dan. jeg rydder. *Hylrìdr*, gen. *hylrìdar*; vox composita ab *hylr*, *gurges fluminis*, dan. Hyl, Hylke; et *rìdr*, gen. *rìdar*, *eqves foemina*; amnis profundi eqvitem vocat poëta *Gialpam*, qvæ Vinæ fluminis alveum divaricando complec-

tebatur, unde a Thoro ictu lapidis dejecta est. *Heidi* pro *hædi*, imp. conjunct. a verbo *ek hài*, imp. *hàdi*, *gero*, *ago*; *at heia orrostv*, *pugnam committere*; *skytia*, *jaculatio*; a verbo *ek skyt*, dan. ſkyder, *jaculor*; *fiara*, *litus*; þiòd, gens. *Bretar*, *Britones*; *fiavrv þiòdar skildbretar*, *gens clypeata* et *litoralis*, sunt gigantes Jotunhemiæ, qvi scopulos litoreos incolere solebant. Bretones s. Britones hic synecdochice eos vocat poëta, simul forte respiciens adj. *brattr*, dan. brat, *arduus*, qvippe qvi et ipsi ardui, et ardua loca, nempe præruptos montes inhabitabant.

Ad Str. XII. *Dòlgr*, *hostis*; vid. supra Str. X. *ferd*, dan. Færd, *iter*, nec non *comitatus*; *dreif*, imp. verbi *ek drìf*, dan. driver, act. *pello*, *trudo*; intransitive, *agor*, *pellor*. *Kòlga*, *tempestas frigida*, sive in terra, sive in mari; a verbo *ek kel*, *kòl*, *at kala*, *frigeo*, *algeo*; hinc *kaldr*, dan. kold, *gelidus*, *frigidus*; *kvldi*, dan. Kuld, lat. *gelu*, *frigus*. *Kòlgv sv:þiòd*, *Svecia Frigida* est *Scythia*, qvæ eodem hoc

nomine *Sviþiòd hin kalda*, in Heimskringlæ initio nuncupatur; hic intelligitur *Jotunhemia*, qvæ pars est Scythiæ. *Iva*; aliqvantisper hæc vocula ancipitem me tenuit; non qvod illa mihi esset ignota, sed ob significatus ambiguitatem. Poterat vox *iva*, s. *ifa*, vel, qvod rectissimum puto, *yfa*, *contentio*, *rixa*, deduci a verbo, *at yfa*, *irritare*, *exacerbare*, adeo ut vox hæc, cum *dròtt*, *populus*, *cœtus hominum*, conjuncta, nempe *yfudròtt*, sensu idem prorsus foret, ac *dòlgferd*, *agmen hostile*, s. *rixosum*. Verum hæc paulo penitius ruminatus ab hac sententia mihi discedendum esse perspexi. *Iva* igitur s. *ifa* nomen proprium est fluminis. Eqvidem satis mirari neqveo, qvi factum, ut tam celebris olim fluvii, atqve *Iva* fuit, totqve veternm carminibus nobilitati, nomen in locupletissimis Eddæ Snorrianæ nomenclaturis non inveniatur. In cygneis istis heroum, qvæ inter mortiferos cruciatus fusæ traduntur, cantilenis, nempe *Ragnari Lodbrokii*, Daniæ regis, qvœ alias *Krakvmàl* vocatur, et *Asbiörni*

Prudi, fortissimi itidem Dani, fluminis *Ifœ* fit mentio; utramqve in collectione Cantil. Heroicarum, vulgo Danske Kæmpeviser, danicus interpres vulgavit, nempe Ragnarianam P. IV. Cant. V. et Asbiörnianam P. IV. Cant. VI. Ita vero habet *Ragnarsqvida*, v. 4.

Hivggom ver med hiörvi. hedins qvanar vard avdit, þà er helsingia heimtom til heimsala òdins. Lögdvm vpp i Ifo oddr nàdi þà bita öll var vnda giàlfri à sù rodin heitv. greniadi brandr vid brynio bensildor klvfo skildi.	ɔ: *Vibravimus gladium: Hedini uxoris (prœlii) nobis facta est copia, cum Helsingos ad aulam Odini (Valhallam) misimus. Ifam navibus subivimus; mucrones tunc acriter pupugerunt; vulnerum torrens amnem decoloravit. Loricis insultans gänniebat ensis; haleces vulnerum (tela s. hastœ) clypeos findebant.*

Asbiörni Prudi Carmen, ex *Olafi Tryggvidæ Hist. ed. Skalh.* Append. P. 2. v. 4.

Annat var þà ek inni ormr at hildar stormi geck er gràdvgvm blacki geitis sylg at veita.	ɔ: *Alia tunc tempora fuisse cano, cum Ormus in Bellonœ nimbo (prœlio) processit, avido Geiteri eqvo (navi piraticœ) potum (hos-*

Reck at ròmv döckri ravm margan gaf vargi seggr oc sàrt nam höggva svinnr at Ifo mynni.	*tium sangvinem) daturus. Multorum vir fortis, in caliginosa pugna, procera corpora dedit feris, cum ad Ifæ ostium acriter decerneret.*

Utriusqve carminis interpres danicus, supra memoratus, per *Ivam* s. *Ifam*, *Vistulam*, Pomeraniæ Minoris fluvium intelligit, qvi in Silesiæ Austriacæ et Ungariæ finibus ortus, postqvam Poloniam et Borussiam pervagatus est, prope Dantiscum urbem, a Danorum expeditione denominatam, in mare Balthicum se exonerat. Ragnarianum autem carmen, multo, qvam in Wormiana editione correctius, et anglice versum, typis non ita pridem publicavit *Jonstonius*. Hic *Ifam* non esse *Vistulam*, sed Angermanniæ Sveticæ amnem, Vistula licet, nostro qvidem ævo, minus nobilem, qvi indigenis *Ibà* hodieqve dicitur, intelligendum existimat. Illud saltem suæ opinionis fulcrum habet anglicus interpres, qvod Ragnarus ipse se *in Ifæ ostio* cum *Helsingis*, qvorum patria Angermanniæ est contermina, prælio navali conflixisse, diserte per-

hibeat. Etsi vero nec illud Reidgothiæ Veteris, nec hoc Angermanniæ flumen, ab authore Thorsdrapæ Ivæ nomine indigitari sim persvasus, id tamen emolumenti, vel ex poëtæ nostri loco Jonstonianæ sententiæ accedit, ut qvemadmodum *Iva*, s. *ysa Sveciæ* proprie sic dictæ *amnis*, ita *ysa* s. *Iva*, poëtæ nostro memorata, *Sveciæ Frigidæ*, *kòlgv sviþiòdar*, nimirum *Jotunhemiæ Scythicæ fluvius* sit habendus. *Ysa* igitur s. *Iva* nostri authoris est *Obius*, *Siberiæ fluvius*, Jotunhemiæ, ut ego qvidem opinor, ex mente veterum Borealium, ad orientem terminus. *Ysæ* nomen, qvo *Obium* olim Boreales insigniebant, a verbo, *at ysa*, *exacerbare*, deductum videtur, eoqvod hic amnis, non secus ac reliqvi harum regionum fluvii, qvi mare glaciale subeunt, hiberna vernaqve glacie irritari et sævire soleat. Est et alius Siberiæ australioris fluvius, nomine *Uffa*, cui adsita est urbs cognominis, qvæ *Uffensis* territorii caput; verum istud flumen, qvod cum *Wolga* conjungitur, et in mare Caspium exit, qvam-

vis ad nomen *ysa* paulo propius accedat, pro situ tamen Jotunhemiæ veteris, nimis ad meridiem et occasum vergere videtur. Verum de his infra, ubi ad ultimam hujus fragmenti stropham explicandam devenerimus, aliqvanto pressius sumus dicturi. *Nes*, dan. Næs, *peninsula*, græc. νῆσος, lat. *insus*, unde *insula*; *fles*, *scopuli litorales cavernosi*; hinc *kölgv sviþiòdar ivo* (*Obii fluvii*), *nesia flesdrött*, o: *litoreos in mare procurrentes scopulos gens incolens*, sunt *gigantes*, Geirrodi subditi et satellites; *sötti* à *flötta*, dan. toge Flugten, *profugiebant*. *Kneyfir*, verbale, ab *ek kneyfi*, *premo*, *vexo*; hinc *dröttar kneyfir*, *coërcitor* s. *dux* agminis gigantei, nempe *Geirrodus*. *Fvnrstill*, vox composita a *fvni*, 1, *æstus*, 2, aqva *emicans* et *æstuans*; et *ristill*, qvæ secundum Eddam *foeminæ* est *appellatio poëtica*; hic *Gialpa*, aqvæ torrentem mictim effundens, *fvnristill* poëtæ vocatur. Enimvero non est dissimulandum, vero non absimile, *fvn* hic pro *fvd*, ad tegendam vocis obscoenitatem de industria dictum; adeo ut

fvnristill s. *fvnnristill*, de gigantea foemina adhibitum, qvod *bene cunnatam mulierem* sonat, gigantidum appellationibus eddicis *bakravf* et *rifingafla*, uti et hebr. נקבה, ex asse respondeat; confer, qvæ ad voces *feirvnnar* et *sìfvna*, strophis V. et XI. supra notavimus. *Fastr*, dan. fast, *firmus*; *flòd*, *æstus maris*; *rif*, dan. Rev, *scopuli* vel *rupes litoreæ*; *danir*, *Dani*; hic synecdochice *pro qvavis gente* s. *populo*; qvemadmodum Stropha XI. riphæos Scythiæ gigantes *skildbreta*, *Britones clypeatos* poëta vocavit; *fasta flòdrifs danir*, *firmas litorum rupes insidentes Dani*, sunt *gigantes* Scythici. Alia hujus denominationis analysis, nec ea minus commoda, hæc est: *Dani*, per synecdochen totius pro parte, sunt *Joti* s. *Cymbri*; verum *Joti* et *Jotni* sunt synonyma; hinc *flòdrifs danir* sunt *gigantes saxicolæ*, qvales apud poëtas veteres, ut in Höstlangæ Fragm. I. Str. V. et alias, *bergdanir*, qvod sensu idem qvod *bergrisar*, *gigantes rupicolæ*, crebro appellantur; hinc *fvnristils flòdrifs danir* sunt *gigantes*, Gialpæ soda-

les et propugnatores. Verbum *ek knà*, imp. *knàtti*, *possüm*, item *cogor*. *Vtver*, gen. *ùtvefs* pro *ùtvers*, *extima sedes*; a particula *ùt*, dan. ud, *foras*, et *ver*, *mansio*, *locus*; *ùtver* igitur authoris nil aliud est, qvam *ùtgardar*, qvorum tam freqvens, non in Eddis solum, sed et apud historicos, fit mentio; conf. Suhms Hist. af Danm. Tom. 1. Pag. 534. Per *Utgardiam* vero intellexere majores extremam et litoralem regionem, mari glaciali adsitam, qvæ nunc *Samojedarum regio* appellatur; horumqve locorum incolas gigantes esse crediderunt; nostri igitur poëtæ *ùtver* ipsa est *Jotunhemia* authorum. *Jolnir*, *Odini* in Edda *nomen*, hic in gigantem transfertur; *ùtvefs Jolnir*, *Utgardiæ numen*, *dominus* et *princeps*, et ipse *Geirrodus*; hujus *ættir* v. *àttir*, *cognati* s. *consangvinei*, sunt *gigantes* reliqvi, Jotunhemiæ incolæ et Geirrodi subditi; sic in carm. *Höstlangæ Fragm.* II. *Str.* X. *Yngifreys àttir*, dii Odiniani, vulgo *æsir*, *Asii*, vocantur, utpote Freyro, Niördi filio, partim cognati, partim fami-

liares et socii. Prius autem, qvam a voce *iolnir* discedam, qvæ Odini, et in plur. *iolnar*, Odinianorum deorum, communis, juxta Eddas, est appellatio, obiter moneo, vocem hanc a *iòl*, dan. Juul, *festum Jolense*, formatam esse; de cujus nominis origine cum multi multa sint commentati, mihi qvidem simplicissime et vero proxime ab *avl*, dan. Øl, *cerevisia*, derivanda videtur; qvi freqventissimus et gratissimus erat veterum Borealium, ut in omnibus, ita in Jolensibus conviviis potus; unde *at drecka iòl*, *convivia iolensia celebrare*, crebro apud historicos legitur. *Iòlnir* igitur, vi vocis, est *Jolensis festi dominus*, qvales erant dii et principes; horum enim erat, isto maxime festo lautis et freqventibus amicos et subditos conviviis excipere. *Iolnar*, *dii*, in carm. *Höstlangœ Fragm.* II. Str. XI. per synonymum *avlgefnar*, ɔ: *potus* s. *conviviorum exhibitores*, redduntur. Verbum *ek lyt*, *lavt*, at *lùta*, dan. at lude, *incurvare se*, *succumbere*, *sterni*; *at lùta fyrir*, dan. at bukke for een, *colla alicui subdere*, *subigi*.

Ad Str. XIII. *Hlymr*, alias *hliòmr*, *strepitus*, *tumultus sonorus*; a verbo *ek hlym*, *resono*. *Rann*, *domicilium*; unde verbum dan. at randsage, *domum perqvirere*; vox juridica, olim, ubi furta, fures, aut alii maleficiorum rei in domo suspecta qværebantur, adhiberi solita; *þorn*, dan. Torn, *spina*, *carduus*; idem qvod *þistill*, dan. Tidsel; *þistill* vero *gigantis appellatio eddica*; unum igitur synonymum ubi pro altero substituitur, *þorn* hic, uti in Str. II, est *gigas*; hinc *þornrann*, *gigantis domus*. *Þars* pro *þar es*, *ubi*. *Hellir*, *antrum*, ab *hella*, *petra*, *rupes*; *kvmri*, vox agnata τω *kofi*, *tugurium*, s. *secessus singularis antri*, qvalem *afhellir* alias dixerunt. *Hrinbàlkar*; lectio Codic. Wormiani *hrìmbalkar fram gengv*, ut metro repugnans, videtur esse vitiosa, etsi ad sensum satis commoda; nempe *hrìm*, *pruina*, dan. Riimfrost; gigantibus hæc vox, qvi inde *hrìmþussar* dicuntur, peculiariter tribuitur; haud dubie a terra gelida et pruinosa, qvam incolere credebantur. Nec Cod. Regii lectio,

hreinbàlkar framgeingv, satis proba videtur; vix enim crediderim poëtam in una stropha eadem gigantum appellatione bis usum, qvos in posteriore hemistichio *gnipu hreini* diserte nuncupat. Audacter igitur *hrìnbàlkkar* substitui; etsi in versione danica, lectionem Cod. Wormiani secutus, vocem *hrìmbalkar*, frosthærdede Karle, reddiderim. Prior pars vocis *hrìnbàlkar a verbo ek hrìn, hrein, at hrìna, hinnio, clamo, ejulo*, dan. vrinsker, olim negger. Bàlkr, 1, *strues lignea* vel *lapidea, diversas ædium mansiones distingvens*; hoc sensu vox occurrit Cantil. Heroic. D. Kæmpeviser, *Pars. II. Cant.* XXXI. *v.* 41. Saa fast hug han udi breden Borde, saa fast i haarden Balk; *mensam latam, durumqve parietem magnis ictibus proscidit.* 2, *bàlkr*, est certum *caput legum*; ut *Þiòfa bàlkr*, *Caput de furto*, etc. 3, *bàlkr*, est *caterva*, *coetus*; unde *frændbàlkr* certa *familiæ propago*; hinc *hrìnbàlkar*, *fremebundæ* (gigantum) *catervæ*. *Hvgr*, *animus*, *mens*; *hvgvm bornir*, *animo præditi*, *animosi*. Þròttr; *robur* s. *fortitudo*;

bersi, idem qvod *biörn*, 1, *ursus*, germ. Bär; 2, *domus*, poëtice, uti in Str. XVII. *aula Geirrodi fletbiörn* vocatur; 3, *conditorium*, *vehiculum*, s. *navigium rei cujusdam*; unde þróttar *bersi*, *fortitudinis vehiculum*, est *pectus*, vel ipsum *cor*; *sedem* enim *animi in corde et pectore* veteres boreales locabant, uti supra ad Str. X. observavimus; hinc orta locutio dan. at have Mod i Brystet, *animoso esse pectore*. *Fram gingv*, pro *gengv*; dan. de ginge frem, *procedebant*; vel potius, *decertabant*; a verbo *ek geng*, *gekk*, *at ganga*, *procedo*; *at ganga vel fram*, vel *veita goda framgavngo*, *fortiter dimicare*, etiam apud historicos crebrum. Non miretur lector, qvod poëta Str. XII. Geirrodum cum suis fusos fugatosqve, et qvasi ignavos et meticulosos, hic vero ceu fortes et animosos gigantes depingat. Nimirum exitus certaminis statim obversatus est animo poëtæ; cædes nempe et fuga gigantum; hanc tamen deinceps non sine prævio acri conflictu accidisse memorat; siqvidem solenne est poëtis, succes-

sum et seriem eventuum, historicis relictum, negligere, et mox in medias res rapere auditores. *Fràdr*, adj. *formosus*, *pulcher*, *conspicuus*; *hlavdr*, verbale, ab *ek hled*, 1, *aggero*, *onero*; 2, *sterno*, *dejicio*, *occido*; hinc *hlavdr*, *Borealium olim deus*; unde *hledra*, *Lethra*, celeberrima qvondam Daniæ, et totius sæpe Septentrionis metropolis est denominata. Hoc dei nomen, non secus ac græci latiniqve Apollinis, *perditorem* significat. *Rer*, gen. *res*, eddica *gigantis* appellatio; *qvan*, gen. *qvanar*, *uxor*; alias *kona*, dan. Kone, angl. *queen*, *matrona*, *regina*, gr. γυνὴ; *fràdr-hlavdr res qvanar*, *inclytus gigantidum percussor*, est ipse *Thorus*; celebris nempe oreadum perditor. Verb. *ek lyst*, *lavst*, *liòsta*, *verbero*, *percutio*; hinc vox danica en Lyster, *pertica*, qva angvillæ percutiuntur, profecta est. *Gnypa* et *nypa*, in masc. *gnùpr* et *nùpr*, *rupes eminens*; a verbo *ek gnæfi*, *emineo*. *Hreinn*, *rheno*, *machles*; *gnypv hreinar*, sunt *gigantes*, *rupium incolæ*; *gneypr*, alias *gnæfr*, *altus*;

ejusdem, ac *gnypa*, originis. *Gravn* s. *grön*, *exterior oris pars*, *labium*, *ejusqve barba*; superest adhuc hinc orta vox danica Grønskolding v. Grønskolling, cui mentum adhuc ob juventutem est imberbe et depile; *grana hattr* s. *havttr*, *labiorum pileus*, *tectum*, est *calva*, *cranium*, qvod Miölneri ictibus pertudit Thorus. *Ifastr*, idem qvod *fastr*, *firmus*, *stabilis*. *Fridr*, *pax*; dan. Fred; *sein*, subst. pro *seinkan*; dan. Sinken, Sinkelse, *retardatio*, *mora*; *þat var fridsein*, *pax defecit*; o: pugna exstitit.

Ad Str. XIV. *Brà*, *cilium*; *tùngl*, *sidus*, *luna*; angl. *tongl*; inde dan. Tusmørke, olim *tvnglsmyrkvr*, *crepusculum*. *Logi*, gen. *loga*; dan. Lue, *flamma*, *fulgor*; *sòl*, pl. *sòlar*, antiqve pro *sòlir*; *bràsòl*, poëtice *oculus*, et pleonastice *bràtvngls sol*, *idem*; hinc *bràtvngls loga sòlar* vocat poëta oculos (ira metuqve) fulgentes. *Vavllr*, gen. *vallar*, *campus*, planities; hujus *himin*, *coelum*, sunt *montes celsi* et *antris cavernosi*; *hallr*, *rupis*, *petra*. *Filvingr*, vel, qvod utraqve legit membrana, *fylvingr*,

montanus, *monticola*; a *fialfr*, *regio montosa*, vid. *Höstl. Fragm. I. Str.* V. hoc iterum a *fiall*, pl. *fiavll*, *mons*. Qvodsi secundum doctissimum, mihiqve amicissimum *Joh. Olavsonium*, *fialfr* et *fialfar* sit idem qvod *fialar*, *gigas*, hinc formata vox *filvingr*, s. *filfingr* itidem foret gigantis vel gigantidis appellatio; sin *fiölvör* sit *gigantidis nomen*, secundum qvædam Eddæ exemplaria, huic agnata vox *filvingr*, s. *fylvingr*, qvod communis sit generis oportet, siqvidem hic de Geirrodi filiabus adhibetur, credi poterit; *vallar himin hall filvingar*, *celsa montium antra tenentes oreades* sunt Gialpa et Greipa, de qvibus poëtæ hic sermo. *Tròduz*, imp. pass. a verbo *ek tred*, *tròd*, *troda*, dan. jeg træder, *calco*, *pedibus subigo*, *opprimo*. *Hamr*, 1, *cutis*, *exuviæ*; dan. Ham; 2, *forma exterior*; unde *hamhleypa*, *versipellis*, *qvi formam mutat*; 3, *hamr*, *corpus*, ut hic; unde *likhami*, dan. Legeme, *corpus*. *Trod*, *tortura*, *pressio*, a verbo nuper allato, *ek tred*, *calco*, *premo*. Voces illæ boreales, *trod*, *calcatio*

et *at troda, calcare*, cum tot aliis dudum ad Gallos Anglosqve transiere, etsi significatu, ut fieri solet, nonnihil mutato; hinc gall. *trotte*, angl. *trotting*, *incessus*, *cursus*; gall. *trotteur*, angl. *trotter*, *ambulator*; *trottoir*, angl. *footway*, *semita*; item angl. *trodden road*, *via pedibus rotisqve subacta*, qvam nostri majores *bravt* dixerunt. þùngr, dan. tung, *gravis*, *durus*; qvodsi lectionem Cod. Worm. *þrùngr*, prætuleris, qvæ vox infra *Str.* XVI, recurrit, *þrùngr*, adj. obsol. pro *þravngr*, dan. trang, *arctus*, *adstrictus*; hinc *tròdvz vid hamþrùngv trodi*, *arcta corporis pressione protriti sunt*. *Hof*, *fanum*, *sacellum*; *stiòri*, dan. Styrer, *rector*; *hofstiòri*, *sacelli praeses*, est *Thorus*, princeps nempe Borealium ethnicorum numen. *Bravt*, imp. verbi *ek bryt*, dan. bryder, *frango*. *Reidi*, et *skipsreidi*, *funes* et *armatura navis*; *hregg*, *procella*, *tempestas*; *hlàtr*, dan. Latter, *risus*; hinc *hreggs hlàtr*, *risus tempestuosus*; nempe *giganteus cachinnus*. *Ellidi*, nom. propr. navis piraticæ, pro *erlidi*, qvasi *so-*

litaria, *segrex*, et *sine comitibus*. *Hvndforn*, adj. *perantiqvus*; ab *hvnd*, ex *hvndrat*, *centum*, et *forn*, *vetus*; vox inseparabilis, *hvnd*, cum adjectivo conjuncta, hujus significationem adauget, ut in *hvndvìſs*, *multiscius*, conf. Fab. nostr. *hvndmargr*, *permultus*, et hic *hvndforn*, *pervetus*. *Kiavlr*, dan. Kiøl, *carina*; *bravt hreggs hlàtvr reida ellida hvndfornan kiavl*, ɔ: *fregit instructæ cachinni navis perveterem carinam*. Nempe *hlàtvr ellidi*, *risus navigium* s. *officina*, juxta canones eddicos, est *pectus*; *pectoris* vero *carina* est *spina dorsi*, qvam Thorus premendo infregit utriqve sorori Gialpæ et Greipæ; vid. Fab. Vetus dorsum his oreadibus tribuit poëta, non ideo, qvod anus fuerint effoetæ et debiles, sed qvo utriusqve robur adultum innuat. *Hvartveggi*, dat. sing. *hvarvtveggia*, *uterqve*. *Hellir*, *antrum*; *sprvnd*, *foemina*, poëtice; *vafa*, s. *vofa*, *lamia*, *larva*, *strix*, a volitando sic dicta; hinc *hellis vafsprvnd*, *oreas noctivaga*, scilicet Gialpa cum sorore: *Ellidius*, cujus supra memi-

nimus, navis erat piratica *Thorsteini Vikingsonii*, ejusqve filii *Fridthiofi Vegeti*. Hujus navis tanta olim celebritas, ut humani eam sermonis intelligentem, eiqve obtemperantem fuisse fabulentur heroum ante memoratorum Historiæ. Nimirum, mortuo patre Thorsteino, a Sogniæ Norvegicæ tunc regibus, *Helgio* et *Halfdano*, ad tributa ex Orcadibus exigenda et arcessenda mittebatur Fridthiòfus. Ellidium igitur navim cum comitibus XVII. conscendens versus Orcades vela fecit; sed tanta ventorum vehementia interceptus est, ut prope naufragium res esset. In navis igitur malum cum deniqve subscendisset Fridthiofus, balænam navi prænatantem conspicatur, cujus tergo binæ foeminarum larvæ vectabantur. Magicas igitur artes suspicatus desilit in foros, et cum correpta stipite in proram se conjiciens, hos fudit versiculos:

Heill ellidi o:	*Macte Ellidi,*
hlavptv hyr avllom	*toto precor impetu*
à travllqvenna	*in sagarum currito*
tennor oc enni.	*frontem et dentes!*

Kinnor oc kiàlka kono vandri favlva lem þù flagdi þessv.	*Genas et maxillas* *malignæ foeminæ* *pallidas commolito* *huic veneficæ!*

Ipseqve sudem actutim jaculatus uni vectrici impegit; alteram vero insiliens navis obtrivit, adeo ut simul utriqve dorsum frangeretur; hoc facto balæna profundum repetens se proripuit, statimqve desæviit tempestas. In Norvegia interim accidit, ut sagæ duæ, *Heida* et *Hamglama*, qvas in Fridthiofi et sociorum perniciem pecuniis corruptas subornaverant fratres Helgius et Halfdanus, dum magicis operantur sacris, de suggestu incantatorio, qvod *seidhiall* veteres dixerunt, repente præcipites in terram corruerent, et rupto ita dorso, ambæ perirent; vid. *Hist. Fridthiofi Vegeti, Cap. IV.* et *V.* Hujus traditionis in argumento simili memor Eilivus, suo de Thoro, sagarum peremtore, poëmati Ellidii navis nomen hic inseruit. Cum hac poëtæ nostri stropha, eiqve congruo Eddæ mytho, ubi duæ sorores Geirrodi filiæ, Gialpa et

Greipa, dorso infracto periisse traduntur, conferri meretur locus Saxonis, supra ad Str. IIdam allegatus; ita vero Saxo, verbis locum allatum proxime præcedentibus: "Con-"spiciebant præterea foeminas tres, corpo-"reis oneratas strumis, ac veluti dorsi firmi-"tate defectas, junctos occupasse discubitus." Constitit igitur Saxoni, foeminas giganteas a Thoro in sede Geirrodi fracto dorso fuisse necatas, eoqve Historiæ Danicæ scriptori cum poëta nostro et Edda convenit. Verum ubi *tres* pro *duabus* occisas memorat Saxo, dumqve eas non ab insidente Thoro oppressas, sed fulmine peremtas narrat, traditionem a nostra qvadantenus diversam habuisse videtur; qvod monstrat fabulosas ejusmodi relationes in Septentrione olim, etsi ab iisdem initiis profectas, et ejusdem, si rei summam spectes, argumenti, pro temporum tamen ac locorum diversitate aliqvantum discrepasse. Binis enim sororibus, Giálpæ nimirum et Greipæ, hic additur tertia, priorum vel soror, vel forte mater, ipsius nempe Geirrodi uxor,

et insidiarum Thoro structarum, et insecutæ cladis particeps. Enimvero tantillum in re mythica dissensum qvis miretur.

Ad Str. XV. *Kon* et *konr*, *filius*, gr. γονος, εκγονος; *kon iardar*, *terræ filius* est Thorus. Verbum ek *nem*, *nam*, *nema*, *disco*; inde dan. Nœmme, *ingenium*; *fàtìda*, adverb. a *fàrr*, *paucus*, et *tid*, *tempus*; *fàtìda* dicitur de eo, qvod *rarum* est et *insolens*. *Frœdi*, *peritia*, *scientia*; inde *fròdr*, *peritus*, a verbo at *frà*, *sciscitari*. *Fiavrdr*, gen. *fiardar*, *sinus maris*; dan. Fiord; hujus *eplì*, dan. Æble, *pomum*, *malum*, poëtis vocatur *lapis pugillaris*, qvali Gialpam mictitantem percussit Thorus. *Ne*, nec, partic. neg. *Leygr*, s. *lavgr*, *lacus*, *stagnum*, item *mare*, *æqvor*, *gurges*; *mygda*, *mictio*; a verbo ek *myg*, dan. mier, *mingo*, *mejo*; *mer*, gen. *merar*, dan. Mær, *eqva*; cui correspondens masc. est *marr*, *eqvus*; *mygdvmer*, *mictionis* s. *mingens eqva* est *Giàlpa*, qvæ mingendo Thorum et comites fere submerserat; *mygdv merar menn*, *Gialpæ socii*, sunt *gigantes*. *Ek kenni*,

dan. kiender, *agnosco. Avlteiti*, subs. gen. neutr. *convivii hilaritas*; ab *avl*, *cerevisia*, *potus* qvilibet *inebrians*; unde dan. øllet, *ebrius*, *adpotus*; et *teiti*, *hilaritas*; hinc *teitr*, adj. *hilaris*, *lætus*; unde nom. prop. viri, *Teitr*, lat. *Titus*; cujus forte origo et significatus cum tot alus, ab aqvilone petenda; qvamvis haud ignorem, nomen Titus a gr. τιω, *honoro*, *æstimo*, vulgo derivari. Sensus igitur verborum, *ne leygs mygdv merar menn kenna avlteiti*, ut circumscriptiones poëticas, supra nobis explicatas heic omittam, *nec gigantibus convivii hilaritate frui datum*. Ista qvidem interpretatio in contextu carminis licet satis sit apposita, magis tamen eo propendeo, ut vocem *avlteiti*, a casu recto *avlteitir* flectendam arbitrer; *avlteitir* subst. verbale, masc. *convivii exhilarator*, ejusdem prorsus notionis, ac supra allatæ voces, *iðlnir* et *avlgefnir*; vid. *nott. ad Str. XII.* Ipse igitur Thorus hic *avlteitir* vocatur, siqvidem bibonum longe fortissimus, et qvi Græcorum Bacchum poculis facile deposu-

erit. Hujus rei luculentum satis documentum exhibet lepidus sane Eddæ *Mythus de Expeditione Thori Utgardiana*, ubi hic deus *Utgardalockii* præstigiis circumventus, in compotandi certamine tantum oceani ebibit atqve ingurgitavit, ut inde litora et recessus maris exstiterint. Verba igitur poëtæ: *ne leygs m. m. k. a.* sic intelligo, qvasi danice dixeris: Jætterne kiendte ikke Thor ret, ɔ: *gigantes Thorum non satis noverunt*; contra cujus qvippe vires et animum qvantacunqve Geirrodi et famulorum molimina irrita essent futura. *Ægir*, nom. propr. *Deus maris*, Borealium *Neptunus* s. *Ægeus*; *ægir* appellative hic idem qvod *skelfir*, *territor*, item *percussor*, *tortor*; à*lmr*, 1, *ulmus* arbor, dan. Alm, Ælmetræ; 2, poëtice et metonymice *arcus*; *tavg*, dan. Tov, *restis*, *funis*; *àlmtavg*, gen. *àlmtavgar*, *nervus arcuarius*; hinc à*lmtavgar ægir*, *qvi nervum arcus torqvendo tremefacit.* Eodem prorsus sensu fortissimus Norvegus ob insignem sagittandi dexteritatem *Einar*, cognomine dictus est *þambaskelfir*;

Þavmb enim est itidem poëticum *arcus militaris* nomen. *Almtavgar ægir*, de Thoro hic adhibitum, non proprie sagittarium innuit; Thorus enim, nec in conflictu Geirrodiano, nec alias, arcu vel sagittis utebatur; sed simpliciter *jaculatorem* significat, qvippe Miölnerum s. fulmina, manu chirothecis ferreis armata, excutere Thorus solebat. *Attrvdr*, pro *àttrvnnr*, *filius*, v. *nepos*; vox composita, ab *àtt*, s. *ætt*, *familia*, dan. Æt, et *rvnnr*, *propago*, *stirps*, item *fruticetum*; a verbo *ek renn*, *curro*, *fluo*, item *excresco*; dan. jeg rinder; ut in noto: før jeg af Rode randt, priusqvam natus essem. *Odnis*, per metathesin, pro *ódins*, metri ergo positum; Thorus enim Odini ex terra filius. *Lavst* imp. *percussit*, idem qvod *lysti*, supra *Str. XIII.* *Avngvr* s. *angvr*, *angustia*; ab adj. *angr*, dan. æng, *angustus*, *arctus*, *adstrictus*; *gin*, subst. *hiatus*, *faux*. *Tànga* et *tavng*, dan. Tang, *forceps*, a verbo *ek tek*, *accipio*; gr. δεχω. *Gini*, dat. sing. pro *ì gin*, reposui, qvæ vitiosa est utriusqve membranæ,

et omnium chartarum lectio, omni sano sensu penitus cassa. *Sudri*, *nani nomen* eddicum; qvatuor nempe nani s. dæmones, secundum mythologiam borealem, coelum sustinebant et suffulciebant, mundiqve cardinibus præsidebant, a qvibus etiam nomina traxerunt; nempe *Nordri*, *aqvilo*; *Sudri*, *auster*; *Austri*, *oriens*; *Vestri*, *occidens*. Þiófr, dan. Tyv, *fur*, *latro*; Geirrodum hic poëta *nani furem* nuncupat, eoqvod gigantes nanos, utpote viribus inferiores, qvamvis artificiorum peritia superiores, prædari solebant. *Segr*, v. *segir*, *secula*, findendi et pertundendi instrumentum: cui respondet foem. *savg*, dan. Saug, *serra*, *ferramentum secandi*; ejusdem originis est *sigdr*, dan. Segel, *falx*, *secula*; qvæ omnia manifestam cum latinorum *seco*, habent cognationem. *Afl*, *ustrina*, dan. Esse; *sodinn*, *coctus*, a verbo *ek syd*, dan. syder, *coqvo*, *uro*; ferreum enim cuneum, qvem prior in Thorum excusserat Geirrodus, et qvo vicissim a Thoro impetitus prosternebatur, prius in ustrina ignitum reddiderat; vid.

Fab. Hunc *torridam chalybem* vocat Saxo, loco supra citato.

Ad Str. XVI. *Làngvinr, vetus amicus*; *sìa*, gen. *sìo* v. *sìv*, *jubar, fulgur, coruscatio*; *þrìngr*, v. *þravngr, arctus*, dan. trang; sensu activo, *penetrans*; dan. giennemtrængende; *làngvinr sìo þravngvar*, est Thorus, *penetrabili fulminis telo familiariter uti diu adsvetus*. *Hradskyndir*, vox composita a *hradr, velox*, et *skyndir, citator*; a verbo *ek skyndi*, dan. skynder, *cito*. *Hawnd*, gen. plur. *handa, manus*; dan. Haand. *Gvnnr* s. *gvdr*, gen. *gvnnar, bellona*, item *bellum*; gen. *gvnnar* sæpe pro adj. *bellicus, militaris*, adhibetur. *Hrapmvnnvm*; a *hrapp, raptio*; a verbo ek *hreppi*, dan. jeg rapper, *raptim asseqvor*. *Mvnnr*, dat. plur, *mvnnum*, dan. Mund, *os*; *gvnnar hrapmvnnar handa*, sunt *chirothecæ ferreæ*, qvibus armatus erat Thorus. *Svalg*, imp. verbi, *ek svelg*, dan. svælger, *deglutio, voro*; hinc *sylgr, offa*, vel *potus, qvi voratur*. *Lopt*, dan. Luft, *aër*; hinc *lypti*, vox inseparabilis, qvicqvid

est supra terram, apud Danos in voce Løfteſtang, *vectis*, adhuc superstes. *Svalg gvnnar hrapmvnnvm handa lyptisylg* à *lopti*, o: *hiantibus* s. apertis et armatis *manibus voravit* (scil. sublimem excepit) *offam volatilem*, nempe cuneum candentem, a Geirrodo in se contortum. *Esia*, *mons altus*; cui correspondens masc. est *às*, dan. Biærg-aas, *jugum montis*. *Dròs*, *puella*; *mulier*; hinc Christianus 2dus, Daniæ rex, dicere svetus traditur, Guds Dros, qvoties commotior virginem Mariam Deiparam invocavit. *Hrimnir*, *gigas*; alias *hrimþvſs*, a *hrìm*, *pruina*, vocari solitus; *esio drosar hrimnir*; *montanæ mulieris* (oreadis) *vir* est Geirrodus. *Avr*, gen. *avrvar*, angl. *arrow*, *sagitta*, *jaculum*. *Flò*, imp. verbi *ek flyg*, dan. flyver, *volo*, *volavi*. *Þiòstbriòst*; a *þiòstr*, *inimicitia*, *simultas*; et *briòst*, dan. Bryſt, *pectus*. *Þrasir*, *rixator*; a *þras*, dan. Trætte, *rixa*, *altercatio*; Geirrodum nempe Greipæ patrem, *þiòstbriostadan Greipar þrasi*, o: *infense animatum Greipæ vindicem*, appellat poëta. *As*, gen. *àſs*, *deus*;

Þràmòdnir; a *Þràrr*, dan. traa et traadsig, *protervus*, *contumax*; et *modr*, dan. Mod, *animus*. *Þrùdr*, gen. *Þrùdar*, est *Thruda*, *Thori filia*, a qva Thori in Svecia sedes *Þrùdvang*, nomen accepit; ambo igitur, *Geirrodus* et *Thorus*, a filiabus, *Greipa* et *Thruda*, hic denominantur.

Ad Str. XVII. *Bifdiz* contracte pro *bifadiz*, imp. pafs. verbi *ek bifa*, dan. bæver, *paveo*, *tremo*; *bifdiz havll*, *tremuit aula*. *Heidrekr*, nom. propr. *regis Reidgothiæ*, cujus mater Hervara, Angantyri filia; horum historia dudum in Svecia, et nunc in Dania typis est vulgata. Verum hic nomen *heidrekr* appellative sumitur. Reges et principes olim *landrekar* dicebantur, eoqvod qvotannis, in ipsis maxime dominatus initiis terras sibi subjectas obire, *at rekaz yfir land*, solebant, ut jura subditis dicerent, litesqve obortas dirimerent. Hinc *Eriksgata*, *via regia*, per singnlas Sveciæ provincias novis regibus obeunda, est profecta. Jotunhemia vero, Geirrodi ditio, cum deserta fuerit et montosa, ejus

principem Geirrodum *heidreka* vocat auctor, nempe *tesqvis imperantem*; *heidi* enim, dan. Hede est *desertum*, *solitudo*; *vnd*, pro *vndir*, *subter*; *forn*, *antiqvus*. *Fletbiörn*, gen. *fletbiarnar*, poëtica est *ædis* s. *domus* appellatio; a *flet*, *lectus*, *cubile*, *stratum*, et *biavrn* s. *biörn*, *ursus*; domos enim ferarum et navium nominibus, adjecto qvòdam peculiari domus attributo, qvod hic *flet*, *cubile*, juxta poëtica veterum borealium præcepta, nuncupare licebat. *Veggr*, dan. Væg, *paries*; *fotleggr*, *tibia*, *crus*; *fletbiarnar veggiar fornfòtleggr*, est *columna ferrea lateralis domus Geirrodianæ*, qvam telo candente Thorus transadegit. *Ofkom*, imp. verbi *ek ofkem*, *tango*, *infligor*; vel potius sensu nevtrali, *ofkom havfdi*, pro *havfdi var ofkomit*, ɔ: *caput perdebatur* s. *comminuebatur*; hoc significatu Dani dicunt active, at omkomme nogen, *interficere aliqvem*; et intransitive, at omkomme, *obire*, *mori*. Priori sensu *of*, idem sonat, qvod *at*; þà *kom at havfdi*, *cum caput tangeretur*. *Breidr*, dan. breed, *latus*,

vastus. Hafvt, s. *havfvt*, dat. *havfdi*, germ. *Haupt*, dan. Hoved, lat. *caput*, gr. κεφας et κεφαλη; omnia, ut videtur, a verbo *at hefia*, dan. at hæve, *elevare*, eoqvod caput sit suprema pars corporis. *Þyrnir* et *þorn*, dan. Torn, et in compositione, *Tiörne*; idem qvod *þistill*, *carduus*, qvi germ. *Dorn*; unde *dvrnir*, et *þvrnir* s. *þyrnir*, *gigantis nomen eddicum* est ortum. *Itr*, adj. *egregius*, *eximius*, *præstans*. Pro *gvlli*, qvam lectionem, licet utriqve membranæ communem, nec metrum, nec sensus verborum patitur, *gyllir* reposui; *gyllir*, *blanditor*, *illex*, qvo significatu vox ista inter gigantum appellationes eddicas reperitur; gigantes enim homines variis illecebris fascinare credebantur, uti supra Str. III, ad vocem *manntælor* notavimus. De cætero vox *gyllir* cognata videtur verbo *ek gæli*, dan. kieler, gr. κηλεω *mulceo*, *illecto*; unde *barna gælor*, *crepundia*, qvibus oblectantur infantes; *gylligiafir* s. *gyligiafir*, *munera lactantia*, in *Nialæ* qvodam fragmento *Cap.* XCIII. invenitur. *Vllr*, gen. *vllar*, unus deorum odinianorum, a qvo

locus *vllarakr*, prope Upsaliam Sveciæ nomen detraxit. *Ullr* iste fuit *Thori privignus*; unde non mirum, si Thorum ipsi *blandum* poëta dixerit. *Lavst*, imp. verbi ek *lyst*, *percutio*, item *jaculor*; de qvo supra. *Vegtàngar*; utraqve membrana habet *vegtavgar*, sensu non prorsus absurdo; *vegtavg*, ab *ek veg*, *attollo*, *levo*, item *occido*, et *tavg*, dan. Tov, *funis*, *restis*; hinc verbum *at toga*, *trahere*, *ducere*; hic metaphorice est *forcéps*, s. instrumentum tollendi, qvo candeus ferrum corripuit et in Thorum contorsit Geirrodus. Verum, qvid tricis hic opus, cum *tavng*, gen. *tàngar*, *volsella*, *forceps*, ex melioris notæ charta reponi possit et debeat. *Mein*, gen. pl. *meina*, *noxa*, *damnum*, dan. Meen; vide supra ad Str. III; *þriotr*, adj. idem qvod *þràrr*, dan traadsig, *contumax*, *protervus*; *þriòtr*, subst. est *nebulo*, *neqvam*; *meina þriòtr*, *damnosus neqvam*, per metaphoram hic dicitur candens ille ferri cuneus, qvi a Thoro excussus Geirrodo perniciem attulit. *Nestv* s. *næstv mest*, per meta-

thesin dictionis s. anastrophen adv. *fere*, *propemodum*, *proxime*, metro coactus poëta dixit; utraqve vox Danis hodieqve in usu: *næst*, dan. næsten; *mest*, dan. mesten; pro qvo subinde moxen, corrupte scriptum. *Nidvr* adv. ad locum, *deorsum*; dan. ned. *Midr*, acc. sing. masc. *midian*, *medius*. *Bygirdill*, v. secundum lect. *Cod. R. bìgyrdill*, vox est composita a *byr* s. *bìr*, gen. *bìar*, hodie Isl. *bœr*, *bœiar*, *villa*, *vicus*, *oppidum*; dan. By, a verbo ek *by*, dan. boer, habito; et *Girdill* s. *Gyrdill*, dan. Gyrtel, Giærde, *cingulum*, *sepes*, *munimentum*; a verbo ek *girdi*, s. *gyrdi*, dan. omgiorder, giærder, *cingo*, *munio*, a *giavrd*, dan. Giord, *cingulum*. *Jòtvr*, gen. *iòtvrs*, *gigas*, nempe Geirrodus; gigas alias *iavtvn*, dan. Jætte appellari solet; *iotr* qvidem vox est insolens, nec in Eddis obvia; in nomine tamen proprio gigantis *Forniotr*, *priscus gigas*, superest; vid. Str. I. Singularum qvidem vocum, *bygirdill iotvrs*, significatus per se qvidem satis planus; at in earundem invicem junctarum sensu aliqva

latet obscuritas; *bygirdill* s. *bìgyrdill* enim vel est 1, *paries* domus Geirrodianæ; sed refragatur mythus, qvi parietem a Thoro prorsus transverberatum diserte perhibet; vel 2, voce *bygirdill* indicatur *munimentum* villæ Geirrodianæ circumjectum. Nec diffitendum hanc vocis significationem veterum Borealium moribus satis congruere, si historicum saltem ævum respicias; illis enim solenne fuit, villas vallo munire, qvod *at hafa virki um bæ sinn*, s. *villam suam vallare* dicebatur. Hinc celeberrimi olim Daniæ munimenti, Danevirke, nomen est profectum; *virki*, gr. ἕρκος, *sepimentum*, *vallum*, spiritu aspero, ut in sexcentis aliis, in v. mutato. Verum ævo Geirrodiano oppida vallo munita in Jotunhemia exstitisse qvis crediderit? Et, neqvid dicam de exaggeratione facinoris Thoriani, qvod hyperbolicis pingere coloribus sibi poëta constituit, hoc sensu vocis adscito nimis imminuta, eidem etiam adversantur, et verba carminis *nidr* ì, qvod jaculo Thori, vallo horizontaliter impacto, non convenit, et mythi verba, *ok fyrir utan* ì *iördina*, ↄ: et

extus in terram, scil. excussus a Thoro ferri cuneus penetravit. Alia igitur notio vocis, *bygirdill*, nobis qværenda. Nempe 3, credi potest villa Geirrodi, *Geirrodargardar*, vel ad montis radices stetisse, vel in convalle montana sita fuisse. Telum igitur Thori, per ædis Geirrodianæ parietem transadactum, in montis villam cingentis viscera penetravit; hoc pacto carmini mythus concordat, qvorum dissensus alias tolli facile neqvibit. Atqve ita vocum, *bygirdil iðtvrs*, sensui eruendo facem prætulit locus *Saxonis Grammatici*, supra ad Str. II, a nobis allatus, cujus, qvæ huc faciunt, verba heic iterare non piget, utpote in Geirrodianum Thori conflictum luculenta: "Docet Thor divum, gigantea qvon-"dam insolentia lacessitum, per obluctantis "Geruthi præcordia torridam egisse chaly-"bem, eademqve ulterius lapsa, convulsi "montis latera pertudisse." Arguunt ista Saxonem, vel carminis Thorsdrapæ, qvod excutiendum nobis sumsimus, qvodqve ipsi ad manus fuisse videtur, vel pervetustæ de

hac Thori gigantomachia traditionis, et ipso *Snorrone Sturlæsonio*, ejusqve ex fratre nepote *Olavo Hvitaskàld, Albipoëta,* qvi Eddæ Snorrianæ mythos concinnasse vulgo creduntur, ipso Saxone integro fere seculo inferioribus, interpretem egisse heic enucleatiorem.

Ad Str. XIIX. *Gramr*, nom. pr. regis Norvegi, olim inclytissimi; hinc nom. pr. viri apud Danos, hodieqve in usu. Regis hæc appellatio eddica Thoro, borealium olim deorum principi, apprime convenit. Verum *gramr*, dan. gram, adj. *iratus*, *commotus*, *infestus*, Thoro, in ipso pugnæ cum gigantibus fervore constituto, magis hic congruere videtur; hinc *gremi*, *ira*; *goda gremi*, *ira deorum*; dan. Gram-melse, *dolor*. *Fòr* imp. verbi ek *fer*; dan. farer, qvod intrans. *eo*, *vado*, *proficiscor*; transitive, *perdo*, *perimo*, ut hic; *at fara ser siàlfvm*, *semet ipsum perimere*. *Görva*, adv. pro *görla*, dan. giørligen, *prorsus*, *omnino*, qvasi *perfecte*, *absolute*; a verbo, *ek göri*, dan. giør, lat. *gero*, *facio*. *Glavmr*,

gigantis nomen; totidem literis scriptum in Eddis non invenitur; verum huic proxima, *glavmarr*, et *glàmr*, sunt Eddica *gigantum nomina*; glavmr appellative est garritus, clamor. *Nidr*, dat. pl. *nidivm*, *natus*, *filius*; pl. *nidiar*, *nepotes*, *posteri*; *gigantum filii*, orientali loqvendi ratione, sunt *gigantes*. *Dreÿrgr*, contr. pro *dreyrvgr*, *sangvinolentus*; a *dreyri*, *sangvis*, *cruor*. *Hamar*, dat. sing. *hamri*, dan. Hammer, *malleus*, scil. Miölnerus. Cæterum oblitus poëta fabulæ hic dici potuerit, qvæ tradit Thorum, cum in Jotunhemiam contenderet cum Geirrodo conflicturus, Miölnerum secum non habuisse, id qvod Lockius Geirrodo ante juratus promiserat. Verum observare licebit, Thorum cum Geirrodo decertantem Miölnero usum non esse, qvippe qvem ipsius jaculo retorto prostraverat. Hac igitur promissi fide soluta, post cædem Geirrodi, Miölnerum contra reliqvos utriusqve sexus gigantes, ut familiare sibi telum adhibuit; ea enim, teste Edda, Miölneri fuit indoles, ut, qvantumcunqve

abesset, volente Thoro ipsius manui sponte se sisteret, qvod *sòtti heim havnd* þòrs, Edda exprimit. *Arinn* s. *arn*; hæc vox cum lat. *area* et *ara* cognata esse videtur; certe utriusqve significationem subinde sortitur; *arinn*, in *Sverreri Regis Hist. Cap.* CLXXII. aream tabulatam castelli lignei, qvatuor fulcris instratam significat. *Arinhella saxum* erat planum, foco veterum Borealium domestico superne impositum, in qvo culinarius ad cibos coqvendos ignis fiebat; hinc ipse *focus* danice Arnested hodiedum vocatur; ideoqve *arin* in compositione *domesticum* denotat, et adverbii instar adhibetur. *Bravti*, proprie *in via comes*; a *bravt*, via strata; heic vero metaphorice *bravti* est *opitulator*, *amicus*, *sodalis*; hinc *bravtargengi*, *auxilium*, *suppetiæ*; comitum enim unus alterum tueri et defendere solet debetqve. *Syn*, gen. *syniar*, nympha fuit Odianiana, *Valhallæ janitrix*; *arinbravti syniar*; *domesticus Syniæ familiaris* s. *sodalis* vocatur Thorus, cui qvippe per Valhallæ fores, qvarum *Sy-*

nia custos, toties intrandum et exeundum. *Hlavt*, imp. verbi ek *hlyt*, *sortior*, *adipiscor*; unde *hlvtr*, dan. Lod, *sors*, profectum. *Sigvr*, dan. Seier, *victoria*. *Savlvi*, gen. *savlva*, regis navalis s. archipiratæ in Edda nomen, etsi inter gigantum appellationes eddicas non occurrat, hic tamen nil aliud qvam gigantem innuit; qvod minime mirum, cum tot alia nomina archipiratis cum gigantibus sint communia, ex. gr. *geitir*, *leifi*, *rer* etc. *Savlva nidr*, *gigantis filius*, nempe *gigas*, ipse scilicet est *Geirrodus*. *Kom*, imp. verbi *ek kem*, dan. kommer, *venio*. *Tollr*, 1, *vectigal*, dan. Told, gr. τέλος; 2, *Tollr*, dan. Tol, *paxillus*, *clavus trabalis*. *Karmr*, 1, *recessus*, *angulus*, *certa* et *separata pars ædium*; 2, *angularis postium compages*, s. *jugamentum* et *curvatura*; unde dan. Dørkarm, Vinduekarm. *Tvìvidr*, gen. *tvìvidar*, poët. *arcus militaris*; forte qvasi *tvivindr*, *utrinqve inflexus*; vel *tvividr*, pro *tvìvinnr*, ab elasticitate, s. gemina affectione sic dictus; nam et incurvari se patitur, ubi arcus tenditur, et

cessante vi tendente, sponte rursus se porrigit. *Tìvr*, dat. *tìvi*, *divus*; vox hæc alias in Eddis et alibi in pl. *tivar* scribi solet; nisi *tyvi* hic per paragogen poëticam pro *ty*, a recto casu *tyrr*, qvi deorum Odinianorum unus erat, fortitudinis bellicæ præses. Superius allata vocum *tollr* et *karmr*, ambiguitas sensum parit ancipitem, cui ordo verborum attemperandus est. Si *tollr* pro *vectigali* sumitur, ordo et sensus hic erit: *tollr tvìvidar kàrms kom at tìvi*, o: *arcus incurvati missus*, nempe telum missile s. jaculum *deo* (Thoro) *allapsum est*; nempe ferreum istud et candens telum, qvod Geirrödus in Thorum contorserat, non arcu qvidem, sed manu et forcipe excussum fuerat, sed tanta vi et impetu, ut sagittæ volanti pernicitate non cederet. Hoc porro a Thoro interceptum, et in Geirrodum retortum, magnum dolorem cladem qve attulit gigantibus, cæde nimirum Geirrodi, qvem dolorem et damnum reliqva strophæ verba testantur. Sin *tollr* hic sit *embolus*, *clavus trabalis* s.

paxillus, qvo postium aut alia jugamenta lignea compingi olim solita, itidem ferri ille cuneus, qvem Geirrodus et Thorus alternatis vicibus sunt jaculati, *tollr* hic ob aliqvalem formæ similitudinem metaphorice nuncupatur; verum sic vox *tvìvidar* inde separanda, et cum *tìvi* conjungenda, adeo ut non Thorus, sed Geirrodus, *tvividar tìvr* vel *tyrr*, s. ob sagittandi peritiam, qvam ipse, ut scythicus homo calluit, s. sensu latiore *tvìvidar tìvr* vel *tyrr*, *jaculator*, dicatur, utpote qvi telum prior in Thorum contorserat; deorum enim nomina in homines et gigantes transferre, adjecto qvodam humano vel giganteo attributo, borealibus olim poëtis, uti et nostro perqvam familiare; de his discernendis ipse velim lector judicet. Sà..*er*, dan. den der, s. den som, *ille qvi*; *of* partic. parelcontica: *beitti*, imperf. verbi ek *beiti*, *mordere facio*; qvæ forma est pihelica verbi ek *bìt*, dan. bider, *mordeo*. Istud autem verbum *ek beiti*, varios admittit significatus; *at beita*, 1, *inescare*, vel *esca ad capturam uti*; hinc

beita, dan. Madding, *esca*, qva pisces capiuntur; 2, *at beita*, *pascere*; *at beita engiar*, *pascuorum gramina pecoribus depasci*; hinc dan. at beede, *eqvos pastus et qvietis ergo interjungere*; 3, *at beita*, *ad morsum incitare*, *venari*, *canibus* scil. *vel avibus*; qvo sensu dan. at bede, in adagiis et cantilenis Heroicis, Kæmpeviser, sæpius occurrit: Biørn bedes ikke med rasker Hund, og ei med flyvende Fugl, ɔ: *ursum pernicibus catutulis*, et *volucribus frustra venaberis*, vid. *P. Syv*; 4, *at beita*, *gladium vel hastam ad ictum infligendum adigere*; *'sva beitom ver biörnona*, ɔ: *sic ursos cædimus* s. *proscindimus*; vid. *Heimskr. T.* II. *Hist. Ol. Sancti. Cap.* CCXL. hoc sensu *at beita sverdi*, *gladio pungere*; et 5, *at beita*, generatim, *exhibere*, *agere*, *in causa esse*, *cur aliqvid fiat*; *ef* þvì *skal beita*, *si id agendum aut tentandum sit*; qvi ultimus verbi significatus hujus est loci. *Harmr*, dan. Harme, *dolor*, *clades*, *noxa*; *ofbeitti harmi*, *cladem* s. *damnum intulit*, scil. gigantibus, strage Geirrodi, ipsorum principis. *Fall*, dan.

Fald, *casus*, item *cædes*; *falliötvn*, *gigas occisus* s. *prostratus*, nempe Geirrodus. *Beckr*, *scamnum*, *subsellium*, dan. Bænk; *reckr*, gen. pl. *recka*, *miles*, *satelles*; cui vox dan. rauk, est cognata; *beckreckar*, *satellites per scamna sedentes*. *Lid*, *auxilium*, *copiæ*; hinc *beckrecka bravtarlid*, sunt *domestici Geirrodi satellites*; nempe reliqvi gigantes, qvi Geirrodo prius apparuerant; vide, qvæ ad vocem *bravti*, supra notavimus.

Ad Str. XIX. *Blòtinn*, partic. pass. verbi *ek blet*, *at blòta*, *sacrificiis colo*; *blotinn*, *victimus cultus*; hinc *blòt*, *sacrificium*; *blæti* olim, nunc *bilæti*, dan. Billede, *simulacrum* s. *idolum*, *qvod colitur*; his vocula *blòd*, *sangvis*, affinis videtur. *Hel*, gen. *heliar*, *Hela*, *Lockii filia*, Borealium olim Proserpina s. Morta; metonymice ipsa *mors*; unde *helsòtt*, *morbus lethalis* s. *emortualis*; et dan. at slaae ihiel, *occidere*; nec non Helvede, et germ. Hølle, *orcus*, formata sunt. *Vnd*, dan. Vunde, germ. Wunde, *vulnus*; *helvnd*, *vulnus*

lethiferum. Blika, fulgur, coruscatio; dan. Blink et Blinken; germ. Blitz; *hneitir*, verbale, ab *ek hneiti, vibro, ad ictum contorqveo*; qvæ forma est pihelica verbi *ek hnyt, hnavt, perstringo, tango. Hnàvt mer vid hiarta hiörr àngantirs*: ɔ: *cor mihi perstrinxit Angantiri gladius*, cecinit *Hialmarus* morti vicinus; conf. *Órvaroddi Hist. c.* XII. et *Hist. Hervaræ et Heidreci, c. V.* Hinc *hneitir*, nom. pr. gladii Olavi Sancti, Norvegiæ regis. *Helvnda blika, fulmen lethaliter vulnerans*; hujus *hneitir, vibrator* s. *jaculator*, est *Thorus fulminator. Và*, imp. verbi, *ek veg, tollo, occido*; *at vega at einvm, ictum alicui infligere. Hògbrotningr*, dat. sing. *hògbrotningi*; vox *hòg*, qvæ hic in compositione adverbialiter sumta, *commode, facile*, significat, et alias *hògliga* effertur; ab *hagr, commodum, opportunitas*; inde adj. *hægr, commodus, facilis, opportunus*; *hægri havnd*, dan. høire Haand, *dextra manus*, qvasi ad agendum habilior; hinc impersonale, *þat hagar, convenit, expedit, qvadrat*; unde dan. det behager, *pla-*

cet; cæterum vocula *hög*, cum *brotningr*, eodem hic sensu conjuncta, qvo in voce *högreid*, in carm. *Höstlanga*, *Fragm. I. Str. II.* legitur. *Brotningr*, *poëtica gladii* in Eddis *appellatio*; a verbo ek *bryt*, *bravt*, *bröta*, dan. bryder, *frango*. *Skögr*, dan. Skov, *sylva*; và *högbrotningi skögar*, i. e. *telo*, *cædendis vel discuneandis arboribus perqvam idoneo percussit*; nimirum ferri cuneo, qvem candentem et ignitum inter se Thorus et Geirrodus jactim reciprocarunt. *Alfheimr*, 1, *regio subterranea*, qvam Alfi, genii s. dæmones, inhabitare credebantur; 2, *àlfheimr*, *mesopotamia*, s. *terra interamnis*, qvalis *Entre Douro e Minho*, Lusitaniæ pars; vox *àlfheimr*, hoc significatu ex *elfi*, *amnis*, qvam vocem qvidam ad *Albis*, *Alba*, *Albula*, qvæ fluviorum sunt nomina, alii ad *alveum* referunt, et *heimr*, *regio*, *ditio*, est composita; hinc, 3, australioris Norvegiæ pars, qvæ inter Raumelfam et Gotelfam sita, proprio olim nomine *Alfhemia*, ejusqve incolæ *Elfargrimar* dicti sunt, teste Snorrone Sturlæsonio.

4, istud Alfhemiæ Norvegicæ nomen more suo in Jotunhemiam transtulit poëta, adjecto monticolæ vel giganteo attributo; *fiàlfvrs* enim s. *filvings* àl*fheimar*, est *montana* s. *gigantea regio*. Vere autem Jotunhemia majorum *filvìngs àlfheimar*, i. e. *Interamnia* s. *Mesopotamia Gigantea* vocari poterat, utpote qvam utrinqve terminabant fluvii; nempe ad occasum et austrum fluvius Wym, in qvibusdam chartis Wnima, dictus, qvem Boreales olim, et ipse Thorus, *Vimvr*, et *Vimrà*, nominarunt, qvemqve Thorsdrapæ author Eilivus in *Str. carminis* nostri III. *Grimnis grannstravma*, o: *giganteæ regionis* s. *Jotunhemiæ terminale flumen* appellat; fluvius Wym, s. *Vimvr* Biarmiam veterum s. Permiam a Jotunhemia olim diremit, eumqve australior excipit *Vina* s. *Dvina*, qvi prope Archangelopolin in eum maris glacialis recessum, qvi majoribus *Gandvìk*, nunc autem *mare album*, dicitur, se exonerat. Ad ortum vero Jotunhemiam a *Smamejalandia* veterum, qvæ nunc *Samojedia* vocatur, *Obius* Sibe-

riæ fluvius, nimirum ipse authoris nostri *Iva* s. *Yva*, disterminabat. Notari meretur *Smamejaland*, qvod de smaae Pigers Land danice sonat, a pusilla incolarum statura originem traxisse; num vero inde hodiernum terræ nomen Samojeden sit formatum, nec ne, vernaculæ horum locorum lingvæ, qvam ego, peritior judicaverit. Sin vero per *fialfvrs àlfheima*, eam Jotunhemiæ, nunc Siberiæ, partem, qvæ maxime montosa, qvam nostri majores *þvssabiörg*, Latini *Riphœos montes*, recentiores geographi de Uralske Bierge, appellant, intelligere malis, tum Alfhemia Montosa, poëtæ *fialfvrs àlfheimar*, erit illa regio, qvæ ad ortum *Obio* fluvio, qvem Str. XII. *iva* s. *yva* vocat author, et sinu vasto, qvi hodie Obskaja guba incolis dicitur, et cujus recessus ad ortum Tazowskaia guba vocatur, ad occasum vero fluvio Peczora, ad austrum partim eodem Peczora, partim Sosiiva fl., qvi cum *Obio* versus ortum se commiscet, terminatur; hæc regio in qvibusdam chartis Pezora nominatur. Supra dicto sinui,

Obſkaja guba, ad aqvilonem obtenditur *Nova Zembla*, qvam majores *Hedinsey*, ɔ: *Hedini insulam* nuncuparunt, qvæ interluente freto Waigaß a continente disjungitur. Sinum Obſkaja guba, qvem *Yvofiord* nostri majores appellarunt, ad occasum præcingit ingens promontorium, qvod hac parte in mare glaciale longe protenditur, et cujus extremitas Drowenoi Nos vocatur. Huic adjacet insula maris glacialis, Oſt Bieloi dicta. Sinui Obſkaja guba ad ortum bina promontoria, angustiore sinu a se invicem disjuncta, se porrigunt, qvæ Mys Siewerowoſtocznoi incolæ vocant. Scopulosa hæc promontoria, sinui Obſkaja guba, in qvem *Obii* s. *Yvæ* ostium exit, adsita, qvin ipsa sint *ivo nesia fles*, authori carminis Thorsdrapæ in Str. XII. memorata, verba poëtæ cum situ locorum paulo pensius collata, dubitare non permittunt. Hæc loca *Samojediæ* partem faciunt recentiores geographi; noster autem poëta ex mente veterum illam *Jotunhemiæ Minori*, s. *proprie sic dictæ*, accenset, qvæ *Peczoram* et *Obium* fluvios interjacet, et

ab austro Tawda flumine, qvod *Schöningius Heimà* vocat, terminatur; isqve amnis Jotunhemiam a *Glæsisvallensi regno* olim diremit. Cum his, qvæ de *Jotunhemia*, tam *Majore*, cujus pars *Risalandia* fuit, inter fluvios Wym, s. *Vimvr*, et *Obium* s. *Yva*, sita, qvam *Minore*, qvæ ad occasum *Peczora* fl. ad ortum autem *Obio* clauditur, hactenus commentati sumus, conferri merentur, qvæ de situ Jotunhemiæ veteris senserunt *Torfæus*, *Suhmius*, et præsertim *G. Schönningius*, in Mappa, qvæ *Facies Europae et Finitimarum Regionum* inscribitur, harum, siqvis unqvam, rerum sedulus et sagax indagator. *Kàlfr*, dan. Kalv, *vitulus*; hoc nomine gigantes, Jotunhemiæ incolas poëta ob ingenii hebetudinem et petulantiam appellat. Vox *àlfr*, varios habet significatus; 1, *àlfr* est *genius*, *dæmon*, *semo*; horum duo genera veteres Boreales statuerunt, nempe *hvìtàlfar*, *genii albi* s. *boni*, qvos coeli regiones inhabitare crediderunt; et *svartàlfar*, *genii atri* s. *nigri*, *cacodæmones*, qvibus subter-

raneas tribuerunt sedes; cum his sæpe *dvergar*, *nani*, confunduntur; *àlfr* Alp veteres Germani dixerunt. Alforum istud nomen apud Danos in Ellefolk et Ellekoner adhuc superest. Hi Alfi alio nomine *hvldvfolk* olim dicti, qvasi *invisibiles* et *tenebriones*, a subst. *hvlda*, *occultatio*; a verbo *ek hyl*; lat. *culo*, *tego*, *celo*; superest adhuc in dan. indhyller, *involvo*; ejusmodi genios Hyldemænd nostrates hodieqve rustici appellant; Germanorum olim Hulda, *fauna* vel *oreas*, ejusdem est originis; 2, Vox *àlfr*, *principem* s. *ducem* significat; qvo sensu vox ista borealis, cum phænicia אַלּוּף, *dux princeps*, ejusdem est significatus et soni. Nomen etiam viri propr. *Alfr*, in septentrione antiqvissimum fuisse, testis est *Hervaræ* et *Heidr*, *Hist.* *Cap. I.* *Olavi*, Vestfoldiæ regis, qvi *Gudreidi Venatoris* erat filius, et *Haraldi Pulchricomi* patruus, meminit *Heimskr.* in *Yngl. Saga*, Cap. LIV. Hunc principem, cum ob annonæ sub ejus dominatu felicitatem, tum ob formæ præstantiam, mode-

rationem; resqve bello fortiter gestas, dum viveret, adeo dilexere populares et subditi, ut post mortem numinis instar tutelaris, sub nomine *Geirstada àlfr*, *Geirstadiæ principis*. s. *genii*, ab inqvilinis fuerit cultus. Vivus autem cum podagra laboraret, ex qva etiam tandem decessit, alio cognomine *Digurbeinn*, *Crassipes*, fuit dictus; de hoc rege peculiaris habetur historiola, nondum typis vulgata, qvæ ad *Olavi Sancti* Vitam pertinens, inqve hujus principis honorem a monacho qvodam scripta videtur. *Sigmundum Lambii* filium, qvi patrem fratresqve famoso carmine læserat, ironice *raudàlf Skarphedinus* vocavit, qva appellatione, qvæ *rufum magnatem* s. *heroa* significat, ad rubras Sigmundi vestes haud dubie respexit; vid. *Niali Hist.* Cap. XLV. Et certe hanc vocis àlfr notionem, etiam poëtæ nostri locus adstruit, dum Geirrodum Jotunhemiæ principem, *fialfvrs*, s. *filvings àlfheims kàlfa àlf*; ɔ: *Interamniæ giganteæ vitulorum dominum* nuncupat. 3, *àlfr* et *àlfi*, *bos*, *taurus*; hanc *bovis ap-*

pellationem objecit mihi lexidion qvoddam manuscriptum vocum poëticarum, ubi ad *Cod. Worm.* auctoritatem provocatur; unde haud levis mihi orta est suspicio, hunc ipsum *Thorsdrapæ* locum indigitari. In eddica *taurorum* nomenclatura vox à*lfr* s. à*lfi* frustra qværitur; exhibet tamen illa vocem *apli*, qvæ *taurum* denotet: credi poterit poëta voc. *apli* in *afli*, qvæ in binis chartaceis, qvibus utor, Eddæ Snorrianæ exemplaribus, qvorum unum *Cod. R.* alterum, *Cod. Worm.* est exscriptum, hic legitur, mutasse, et deinde pro *afli*, per metathesin à*lfi* substituisse, qvo metro inserviret, ut τω *fialfvrs* s. *filfings* consonaret. Hebr. אלוף et אלף, dual אלפים *bos, taurus*. Miro qvidem fortunæ ludibrio accidit, ut vox hebr. אלוף s. אלף, et borealis à*lfr* s. à*lfi*, qvæ in utraqve lingva tam *ducem* s. *principem*, qvam *taurum* denotant, non solum literis et significatu, sed et hujus varietate adeo consentiant, ut has easdem in diversissimis lingvis esse voces absqve magno errandi periculo fere dixeris. Nisi ad-

modum fallor, vox *àlfr* hoc poëtæ loco *taurum* significat; eo saltem sensu cum voce *kàlfa*, me judice, maxime congruit; Geirrodum nempe, *àlfheims kàlfa fiàlfvrs* s. *filfings àlf*, ɔ: *giganteum Interamniæ*, s. תורים. *Jotunhemicæ, vitulorum taurum* dicere poterat poëta, qvo eum reliqvis gigantibus, sibi subditis, cum vastitate corporis et virium, tum consilio et peritia, in Fabula enim *hvndvìſs*, *multiscius*, diserte vocatur, tantum præstitisse, qvantum *adultus vitulis taurus*, latenter innuat. Verum sic vocem *filvings* ab *àlfheima*, Riphæa regione, sejunctam, ad *àlfi*, melius transtuleris; utut, qvominus utroqve simul respiciat, nil vetet: at præter originem ac notionem vocum *fiàlfvr* et *filvingr*, qvas, ad *Str.* XIV. supra dedimus, posteriorem, nempe vocem *filvingr*, *gìgas*, a correspondente foeminino, *favlvör*, *gìgas foemina*, eodem, qvo *mellingr* s. *meldingr*, a *mella*, modo formatam nunc censeo; conf. *Höstlangæ Fragm. I. Str. V. Valrygr*, plur. obsol. *valrygar*; vox composita, a *vala* s.

vavlva, *circulatrix fatidica*, *saga*, et *rygr*, qvæ eddica est *gigantidis appellatio*; *Màtv*, pro *màttv*, metri causa, imp. tert. pers. plur. a verbo, *ek mà*, dan. jeg maa, *possum*. *Bella* et *ofbella*, infin. verbi, *ek belli*, *pello*, *repugno*, *resisto*; hinc adj. *ballr*, dan. bold, *fortis*, *validus*, *præstans*; horsum etiam lat. *polleo*, *valeo*, referri posse videntur. *List*, *ars*, *peritia*; vox media, hic boni sensus; dan. Argelist, et simpliciter List, *dolus*, *fraus*, *versutia*. *Lidfastr*, dat. sing. *lidfavstvm*, *auxilio firmus*; ad se scil. et alios tutandos satis validus et fidus; à *lid*, *auxilium*, *suppetia*; et *fastr*, dan. fast, *firmus*. *Mìnkandi*, dat. sing. *mìnkanda*, partic. act. verbi *ek mìnka*, *minuo*; dan. jeg minker, intrans. *minuor*, *deficio*. *Ella*, gen. *ellv*, alias *elli*, *senectus*; *aldr*, dan. Alder, *ævum*, *ætas*; hinc *ellv aldr*, *ætas senilis*, s. *senium*. *Steinn*, gen. *Steins*, dan. Steen, *lapis*; *làtvr*, *latibulum cavernosum*; inde *làtvrsteinn*, *latebra saxea*; idem qvod supra *Str.* XII. *flòdrif* et *fles* dixerat; nempe scopulus litoralis, specubus,

qvæ gigantum erant latibula et sedes, plenus; *latvrsteins valrygar*, sunt *oreades antricolæ* et *veneficæ*. *Eldr*, gen. *eldar*, *gigantis appellatio* eddica, a senectute sic nominati; hinc *lidfastr minkandi ellv aldr eldar*, o: *auxilio firmus*, et *ætatem senilem giganti minuens*, est *Thorus*; giganteæ ille gentis pernicies et exterminator. Verum hæc non de solis sororibus Gialpa et Greipa sunt intelligenda; qvas fracto dorso oppressit Thorus, infesta qvidem corporis pressione, non vero ictu fulminis; plures enim, et in Geirrodiano oppido, Geirrodargardis, et in ditione Jotunhemica, Geirrodo prius subjecta, giganteas fuisse foeminas credibile est, qvæ, qva vi aperta, qva magicis, qvibus pollebant, artibus, Thoro obnixæ sunt. Has autem, non secus ac virile Geirrodi satellitium crebris Miölneri ictibus, juxta Str. XII. nimirum fulmine prostravit. Et hic denuo Saxonem Grammaticum in scenam producere juvabit, utpote idoneum hujus interpretamenti suffragatorem. Ita vero Saxo, proxime post verba, ad *Str.*

XVII. superius allata: "Foeminas vero vi "fulminum tactas, infracti corporis damno "ejusdem numinis attentati poenas pependisse firmabat." Isthæc verba, etsi in contextu ad *tres* illas *foeminas*, *corporeis strumis oneratas*, *ac dorsi firmite defectas*, qvas paulo superius Saxo memorat, proxime respiciant, nihil tamen impedit, qvominus ad alias etiam gigantides extendi qveant, qvas in ditione Geirrodiana fulmineis ictibus Thorus prostravit. Miror eqvidem, qvi factum, ut Historiæ Danicæ scriptor, dum expeditionis Thori Geirrodianæ tam paucis meminit, seu traditionem suo adhuc tempore vulgatam, seu Thorsdrapam nostram, et forte aliorum de hac expeditione carmina secutus, duo ista, nempe *montanum Geirrodianæ villæ situm*, et *gigantides fulmine peremtas*, ipsa Fabula eddica, qvin et poëta nostro plenius et explicatius descripserit. Ultima hæc carminis Thorsdrapæ, vel saltem fragmenti nostri stropha, binis in utraqve membrana, et chartis, qvas ad manum habui, omnibus, mendis laborare videtur: nempe *fiàlfvrs*

in versu tertio, et *aldar* in versu septimo s. penultimo. Utraqve tamen hæc vox sensui poëtæ satis est commoda, id qvod librariis imposuit; etenim *fiàlfvrs àlfheimar*, *Interamnia montosa vel gigantea* Siberiæ, nempe, ut ego qvidem arbitror, proprie sic dicta veterum Jotunhemia, supra a nobis definita, apte satis vocari potuit; et *aldar*, si cum voce *låtvrsteins* conjungitur, *gentem giganteam, montanas specus inhabitare svetam*, apposite exprimit; nam *avld*, gen. *aldar*, dan. Old, est *seculum*, *ætas*, item *homines*, *gens*; unde profecta vox *veravld*, angl. *World*, germ. Welt, *præsens seculum*. Verum nevtram vocem patitur metrum, ob *alternantem vocalium dissonantiam*, vulgo *Sneiding* dictam, secundum poëticen Borealium, in versibus imparibus necessariam. Etiamsi vero illud *Skaldæ* præceptum, antiqviores *Skalda* poëtas, ut plurimum qvidem, ast non semper, religiose servasse, in horum monumentis utcunqve versato sit fatendum; nec poëta, nostri in Thorum hymni auctor,

ista lege, *Sturlæsonii* et *Albipoëtæ*, qvibus binis admodum seculis fuit anterior, ævo primum publicata, æqve satis obstringi et postulari qviverit; qvoniam tamen poëtici illius de *obliqvitate vocalium* canonis neglectus, fastidiosæ semper testis est licentiæ, ut is a nostro poëta abesset, pro *fiàlfvrs* vocem *filvings*, utpote qva in Stropha carminis XIV. ipse usus est *Eilivus*, substitui. Potuisset etiam reponi *fiallvàngs*; *vàng*, dan. Vænge, qvævis *regio*, etiam montana, modo *vasta* sit, et in latum extensa, poëtice dicitur. In locum *aldar*, qvod metrum respuit, nullo negotio *eldar*, *eddicam* nempe *gigantis appellationem* subdidi; verum sic vox *làtvrsteins* illinc insensu segreganda, et cum *vàlrygar* jungenda mihi fuit. Atqve adeo Thoriani hujus pæanis giganteos fere mæandros, nostro, qva licuit, marte extricatos, jam sumus eluctati.

Fragmenta Carminum
Eilivi Gudrunae filii,
Ex Edda Snorriana.

Fragm. I.

Ex Appellationibus Ædium.

Bifdiz höll þà er höfdi
heidreks ofkom breidv
undir fletbiarnar fornan
fòtlegg þrasis veggiar.

Iír gvlli lavst vllar
iòtvrs vegtavgar þriòti
meina nidvr ì midian
mest bygirdil nestv.

Qvæ hic occurrunt, lectionis varietates, Codici Wormiano fere debentur: nempe, *vndir* pro *vnd*; *þrasis* pro *þvrnis*; lectio, *gvlli* et *vegtavgar* pro *vegtàngar* utriqve codici est communis; *nema* pro *meina* evidens est mendum, metro pariter ac sensui incommodnm. Qvoad reliqva hanc stropham, qvoniam cum Str. in nostro carminis Thorsdrapæ fragmento XVIIma prorsus est eadem, hic uberius excutere nou est opus.

Fragm. II.

Ex Appellationibus Thori.

Reidr stòd ravskv bròdir ɔ:	*Iratus stetit Raskæ frater (Thialbius);*
rà gagn fadir magna.	*Victor evasit pater Magnii (Thorus).*
Skelfra Þòrs ne Þiàlfa	*Fortis animi lapis*(*cor*) *Thoro aut Thiàlbio*
Þròttar steinn vid òtta.	*Prae timore non palpitat.*

Dan.

Vred stod han Raskes Broder;	Skialv aldrig Thors eller Thialbes
Men Magnes Fader Sejer vandt.	Modhaarde Hiærte ned af Frygt.

Raska, Thori ancilla, cujus frater erat *Thialbius*, Thori itidem famulus et comes; appellative *raskr*, dan. rask, *alacer, vegetus*; conf. *Edd. Resen. Fab.* XXXVIII. *Magnius*, *Thori ex Jarnsaxa gigantide filius*; vid. *Edd. Res. Fab.* LIV. *Rà*, lectio Codicis Wormiani, pro *và*, qvod habet Codex Regius, ad supplendum tertiæ *literarum harmonicarum*, qvas *hliòdstafir* et *stvdlàr* poëtæ vocant, defectum necessaria

videtur; verum hæc antithesis est ingrata, et nullius, certè rarissimi exempli. Fingi qvidem potest verbum obsoletum *ek reg*, *per vim asseqvor* s. *potior*; hinc *regin*, adj. *potens*; *reginnagli*, *clavus trabalis*; *regingriót*, *saxa grandia*, fundandis ædificiis moenibusve substrui olim solita; vid. *Grotticin. Str.* XIX. v. 148. *Regin* et *ravgn*, *numina*, *dii*; qvos etymologiam qvi spectant, *potestates naturæ* s. *deos naturales* qvidam interpretantur. Verb. *ek reg*, imp. *rà*; qvemadmodum *ek veg*, imperf. *và*, *occido*, item *per cædem asseqvor*; unde, *và gagn*, *victoriam adeptus est*. Hæc lectio Codicis Regii; sensui qvidem satis amica, et hoc respectu unice recta, sed ob claudicantem *literarum harmoniam* vix ferenda; nisi et hanc licentius hic migrasse et neglexisse poëtam dixeris, in canenda scilicet Thori gigantomachia dithyrambico qvodam fervore abreptum, et freni poëtici non satis aut usqve memorem. Hoc hemistichium frustum esse Thorsdrapæ nostræ arguit distichon carminis intercalare: *skelfra* þórs

ne Þialfa, Þròttar steinn vid òtta, nobis supra in *nott. ad Str.* X. explicatum; hic modo vocem *Þròttar steinn*, *animi lapis*, modhaarde Hjertensød, *nux prædura cordis animosi*, danice reddidimus.

Fragm. III.

Etiam ex Appellationibus Thori.

Þravngvir gein vid Þùngvm
Þàngs ravdbita tàngar
qveldrvnninna qvenna
kvnn leggs alin mvnni.

Redigo: Þravngvir qveldrvnninna qvenna gein alinleggs kvnnmvnni vid ravdbita Þàngs tàngar.

Dan.

De aftenløbne Qvinders
Avindsmand,
Med Armens kjendte Fingergab,
Knibtangens rødgloend'
Bid opsnapped.'

Interpr. Vesperi vagantium foeminarum (oreadum) persecutor (Thorus) nota ulnaris brachii fauce patulus excepit rutilam stringentis forcipis offam.

Ek Þreyngi, *arcto*, *ango*; hinc verbale *Þravngvir, arctator*; dan. Fortrænger. *Qveld*, *vespera*, Norvegis etiamnunc in usu; *ek renn*, *fluo*, dan. rinder; 2, *curro*, *vagor*; dan. render; hinc partic. præt. pass. *rvnnin*; dan. runden, *qvi effluxit*, vel *qvi vagatus est*; utroqve sensu de sororibus, Giàlpa et

Greipa, intelligi potest, qvas, postqvam vespere eminxerant, v. vagatæ fuerant, noctu domi Thorus oppressit. Posteriore significatu si vox *qveldrvnnin* accipitur, in qvaslibet giganteas foeminas qvadrat ista locutio, *qveldrvnnin qvinna*; gigantides enim vesperi et noctu evagari, et magicis artibus adjutæ, ad damna hominibus inferenda lupis caprisve per aëra vectari credebantur, unde *qveldridor, striges noctivagæ* dici solitæ; harum perpetuus hostis et infestator Thorus habebatur. Verbum *ek gin*, imp. *ek gein, hisco, pateo*; gr. χαινω. *Alin* et *avln, ulna*; dan. Alen, gr. ωλενη; *leggr*, alias *armleggr, brachium*; hinc *alinleggr, brachium ulnare*, pars scil. inferior brachii, cujus longitudine a curvatura cubiti, qvæ inde Albue, qvasi Alenbue vernacule dicta, ad medii digiti extremitetem, ulnam veteres metiebantur. *Mvnnr, os*, dan. Mund; hic apertura pugni poëtæ vocatur *alinleggs kvnnmvnnr*, ɔ: *brachii ulnaris os celebre*, utpote qvo *Miölnerum*, i. e. *fulmina* in gigantes vibrare Thorus consve-

vit. *Ravdbiti*, *rutila s: rubra offa*, dan. det røde Bid; intelligit nempe poëta ferrum cuspidatum, ignitum et candens, qvod in Thorum Geirrodus contorsit, qvodqve brachii ore, i. e. *pugno aperto* excepit Thorus. *Tavng*, genit. *tàngar*, *forceps*; dan. Tang; þà*ng*, gen. þà*ngs*; istanc vocem exposituro aqva mihi aliqvantisper hæsit: þà*ng*, dan. Tang, *alga*; sed notus ille vocis significatus huic loco obtrudi neqvit. Porro derivari posse vocem credidi a verbo *ek* þ*igg*, vel þ*æ*, imperf. þà*di*, *recipio*; unde þà*ng*, *receptio*; qvemadmodum *fàng* dan. Fangst, *captura*, a verbo *ek fæ*, dan. faaer, *nanciscor*, *capio*; verum sic þà*ngs* cum *mvnni* foret conjungenda, adeo ut þà*ngs mvnnr* esset *os recipiens*; qvasi dan. Fangemund diceres. Verum cum istud mihi non satisfaceret, re pensius considerata, subiit recordatio vocis þ*el* pro þ*vel* vel þ*val*, *lixivium*, *lotium*, in *Thorsdrapæ Str.* VI. obvia, qvæ ob unicam literulam *v* extrusam tantam olim mihi interpretandi difficultatem creavit. Hujus ergo memor,

þavgs pro *þvangs* scriptum suspicabar; *þvang* vero, dan. Tvang, *pressura*, a verbo *ek þvinga*, dan. twinger, *comprimo*, *constringo*; adeo ut *þvangstavng*, qvod danice Tvangs-Tang s. Twingetang sonaret, revera nihil aliud sit, qvam vox danica usitatior Knibtang; nempe *stringentem* illam *forcipem* innuit poëta, qva correptum telum ignitum Geirrodus in Thorum conjecit; qvæ qvidem vocis interpretatio ita se hactenus probavit, ut rem acu tetigisse mihi nunc videar. Siqvis porro hoc hemistichium cum Stropha carminis Thorsdrapæ XVIta contendat, eandem prorsus rem, iisdem fere coloribus, sub qvantulacunqve vocum diversitate latentibus, utrobiqve graphice depingi comperiet; etenim locutiones: *svalg handa hrapmvnnvm lyptisylg*, et *gein alinleggs kvnnmvnni vid þvangs tangar ravdbita*, verbis licet utcunqve discrepantes, inter se revera adeo conveniunt, ut non ovum ovo sit similius. *Sylgr* et *biti* eo sunt synonyma, qvod *sylgr*, *qvicqvid glutitur*, hvad der svælges, *biti*, *qvicqvid ore mordetur*,

hvad der bides, denotet; utramqve vocem *offam* reddidi. Idem spiculum, qvod inter se Geirrödus atqve Thorus jactim reciprocarunt, noster utpote ignitum, *ravdbita*, *offam rutilam*, auctor vero Thorsdrapæ Str. XV. *segi afli sodin*, *seculam in ustrina coctam*, appellat. Nostri porro fragmenti auctor, *þangs* (*þvangs*) *tavng*, *forcipem arcte stringentem*, qvod modo citata Thorsdrapæ Stropha per *avngvrgin tavngv*, ɔ: *arctum forcipis hiatum* exprimit. Eundem hunc nostri *þangstàngar ravdbita* auctor Thorsdrapæ *vegtàngar meina þriòt*, vel, qvod forte rectius, *tàngar vegmeina* (*vìgmeina*) *þriòt*, *forcipis telum hostile* et *letiferum*, nuncupat. Tanta dictionum, qvæ hemistichium nostrum et Thorsdrapam intercedit, congruentia, communes utriusqve natales me judice coarguit. Huc accedit idem auctoris nomen *Eilivus*, etsi suppresso matris nomine, idem utrinqve metrum, idem heros, nempe Thorus, idem deniqve argumentum, Thori scilicet Gigantomachia Geirrodiana; qvæ omnia eo tendunt, ut hoc fragmen-

tum novam Thorsdrapæ laciniam agnoscere lectorem cogant.

Fragm. IV.

Ex Artis Poëticæ Appellationibus.

Verdi þer allz orda
ofs grærr of kon mærrar
à sefreynv sònar
sàd vingiavfvm ràda

Dan.

Din vorde Gaven fra en Ven;
Mens om dit giœve Vennevivs
Frænde vi af Sonisk Aa
Versbundne Ord til Grøde vande.

Redigo: Verdi (*pro* verdit) þer (v. verdir ervt) ràda vingiavfvm, allz ofs grærr sòner à orda sàd of mærrar sefreynv kon.

Interpr. Munere amici tu potieris (v. dignus es, qvi potiaris); nobis siqvidem amne Sonico (rigata) sementis metrica succrescit, de inclytæ (tuæ) conjugis cognato.

þer verdit ràda, *vos potiemini*; vel *verdir erot ràda*, *digni estis*, *qvi potiamini*; *ràda*, *infin.* verbi *ek ræd*, dan. jeg raader for, *potior*, *arbiter sum rei alicujus*. *Vingiafir*, *amica* s. *amici munera*, dan. Vennegaver; ipsum poëma in amici gratiam factum, eiqve muneri datum, auctor intelligit. *Allz*

adverb. *qvandoqvidem*; *ofs*, dat. plur. pronominis *ek*, dan. os; *grœr*, dan. grøer, *crescit*, a verbo ek *grœ*, *cresco*. *Sòn*, gen. *sònar*, et *bodn*, *fontes* sunt *poëtici*, qvi Borealium olim *Hippocrene* et *Castalia*; hos, poëseos facultatem sibi et aliis conciliaturus ebibit Odinus, hinc pater poëseos, *liòda fadir*, et *alter Apollo* dictus; vid. *Edd. Resen. Fab. LX. LXI. LXII.* Eddicum hoc argumentum lepide exposuit *J. Baggesenius* noster, poëmate vernaculo, cui titulus, Poesiens Oprindelse; vid. ejusdem Komiske Fortællinger. *A*, *amnis*, *aqva*, dan. en Aa; *ord*, *verbum*, dan. Ord; hic *visv ord*, *versus*, qvibus octo, ut plurimum, stropha constat. *Sàd*, dan. Sæd, *semen*; *Mœrr*, adj. *celebris*, *inclytus*; et, si ad aqvam transfertur, *limpidus*, *purus*. *Sefreyna*; vox composita ex *sefi*, *mens*, *animus*, et verbali *reynir*, foem. *reyna*, *exploratrix*; animi virilis exploratrix dicitur foemina viro familiaris; nempe *amica* vel *uxor*; *konr*, *cognatus*; accus. sing. *kon*. Ipsa hujus hemistichii verba docent illud desumtum esse

ex carmine, qvo viro cuidam illustri gratificaturus, ejusdem affinem mortuum poëta laudavit.

Fragm. V.

Ex tractatu Olavi Albipoëtæ de Orthographia et Figuris.

Vàrv vönd ok myrar
verdr hitt at þav skerda
svell var advr vm alla
òl torràdin hòla.

Dan.
Alle Høie og Moser vare be-
lagte med Jis;
Den var ej god at komme
over;
Ofte skeer det, at den spilder
Indhøstningen.

Redigo: Svell var àdvr vm alla hòla ok myrar; verdr hitt at þav skerda vöndol; vàrv torràdin.

Interpretor: Colles omnes atqve paludes glacies male pervia, et messi (foenisecio) damnosa prius obduxerat.

Svell, glacies; àdvr, *ante, prius. Hòll*, accus. plural. *hòla, collis. Myri*, palus; vox Danis, et præsertim Norvegis hodieqve usitata; unde Myreoєker, Myreduun, voces satis notæ. *Hitt verdr*, dan. hint vor-

der, o: det skeer stundom, *subinde contingit.* *Ek skerdi* verbum, *minuo*, *detraho.* *Vöndvll*; accus. sing. *vöndvl* s. *vöndol*, *fasciculus*, dan. Vindel; hinc *heyvöndvll*, *manipulus foeni. Torràdin*, adj. *difficilis*, a partic. insepar. *tor*, gr. δυς, *ægre*, et verb. *ek ræd à*, *aggredior*, *tento.* In exemplum *Barbarismi Prosodici* hoc hemistichium adfert auctor *Skaldæ*; nec immerito. Hic enim vocem *vöndvl* per *tmesin* primo dividit; deinde, per *antithesin* vocalium *o* et *v*, scribit *vöndol* pro *vöndvl*; et deniqve abscissam syllabam *ol*, natura brevem, per *diastolen*, producit in *òl*, ut voci *hòla* consonaret; qvæ nimis licentiosa et vere barbarica est unius voculæ deformatio. Ejusdem poëmatis, unde Fragmentum proxime præcedens, *verdi þer allz orda* etc. desumtum est, hoc hemistichium partem esse censeo. Integro autem carmine, in gratiam *Einari Thambaskelveri* composito, vel *Haconem Hladarum Comitem*, vel, qvod vero forte propius, *Erlendum* ejus filium, a rege *Olavo Trygvino*, anno 996.

in autumnum adeo vergente, ut *Gaula* amnis glacie jam esset constrata, occisum cecinisse poëta videtur. Illius enim Erlendi soror erat *Bergliota*, Einari uxor, Haconis Hladensis et ipsa filia; confer. *Heimskr. T. I. Hist. Ol. Trygv. Cap. LIII et LIV.* Non tamen statim post patrem filiumqve trucidatos, Einarus enim tum XIV. annos natus Bergliotam nondum duxerat, sed multis post annis, hoc Eilivum poëma pepigisse credo, imperantibus in Norvegia *Eriko* et *Sveino*, Bergliotæ fratribus, et qvidem post abitum Erici, qvi *Canuto Magno*, Daniæ regi in Anglia subigenda suppetias laturus, anno 1012. Norvegiam reliqvit. Hoc enim anno Ericus et gubernanda regni negatia, et *Haconis* filii adhuc impuberis tutelam progenero suo Einaro abiturus commisit. Uno duorum, qvi hunc abitum proxime sunt secuti, annorum factum arbitror hoc Eilivi carmen; istoc enim tempore et ipsius Einari, et affinitatum potentia atqve auctoritas inter populares maxime floruit.

Fragm. VI.

Ex Hymno in Christum, in Appellationibus Christi Eddicis citato.

Setbergs qveda sitia
svnnvr at vrdar brvnni
sva hefr ramr konvngr remdan
ròms banda sik landvm.

Dan.

Biærghøie Himmelsæde han,
Saa siger man,
J Sønden har hos Skiæbnens Brønd;
Saa haver
Roms Guders vældig Konge
Sit Riges Magt befæstet.

Redigo: Qveda (Krist) sitia svnnvr a: setbergs vrdar brvnni; sva hefir ramr Ròms banda konvngr remdan sic landvm.

Interpretor. Apud fatalem montanæ sedis in parte (coeli) australiore fontem terris fertur potiri; hac ditione potens Romanorum deorum princeps sua sceptra stabilivit.

Svnnvr poëtice pro *svdvr*, adverb. *ad austrum*; dan. mod Sønden; potuisset hic poëtæ versus legi, *svdvr at vrdar brvdi; brvdr* enim pro *brvnnr* freqventer occurrit. *Setberg*, ad vocem *sedes montana*, vel *rupes sellæ instar formata*; a *set*, *sedes*, *sella*, *scamnum*, et *berg*, *mons*, *petra*. Sedem Christi in coelo australi, prope *Fon-*

tem Parcarum, *montanam* a sublimitate loci vocat poëta; vel qvod Fatalem illum Fontem e rupe coelesti scaturire sibi persvasum habuerant Boreales ethnici. *Vrdar brvnnr*, est *Urdæ fons*. Nempe gentilis Septentrio universam mundi vegetabilis molem sub imagine arboris, qvam *Yggdrasill* dixerunt, sibi repræsentabat; hæc ramos et radices qvoqvoversus diffundit. Una radicum apud inferos fontem adsitum habet, nomine *Hvergemlir*; altera in terris apud Hrimthussos, ubi fons est sapientiæ, *Mimisbrvnnr* dictus; tertia in coelo, subter qva est fons *Vrdarbrvnnr*, nostro poëtæ memoratus. Prope hunc fontem domus est amoenissima, tribus nymphis habitata, qvæ ætatem et fata mortalium moderantur; unde *Nornir*, *Parcæ*, nominantur. Harum una *Vrdr*, gen. *vrdar*, a qva fons ipse *Vrdar brvnnr*, *Urdæ fons* vocatur; secunda Parcarum *Verdandi*, tertia *Skvld* nominatur. Hic dii qvotidie sua exercent judicia; adeo ut locus ille *Areopagus Coelestis* dici mereatur. Verum de his omnibus plenius agit

Fab. Edd. Resen. XIV, ut ad librum typis exscriptum lectores amandemus. Illud solum observare nobis liceat, qvod mythica hæc arbor, qvæ symbolica est universi effigies, majoribus *Yggdrasill* sit dicta, qvod nomen *Dei eqvum* significat; ab *Yggr*, qvod Odini nomen, *formidabilis*, a verbo *ek vggi, metuo, timeo*; et *drasill* s. *dravsvll*, qvod poëticum est *eqvi* nomen; sic verum Deum *Pavorem Jacobi* sacer Geneseos auctor appellat; cap. XXXI. v. 53. Illo igitur nomine dei in qvaslibet res mundanas imperium, qvas, non secus ac eqves eqvum, regit, subigit, adgubernat, significatum voluerunt; qvo *Omnipræsentia*, *Omnipotentia* et *Providentia* dei haud latenter innuitur. Vetus illa et communis gentium opinio vel ipso Pythagora et Platone est antiqvior, qvorum sectatores novo eam emblemate exornarunt, deumqve *animam mundi* dixerunt. Cum Apostoli effato, εν Θεῳ γαρ ζωμεν, και κινευμεθα, και εσμέν, *Act. Ap. Cap. XVII. v. 28.* conferri merentur ista *Maronis* in *Æneide* verba:

Principio cœlum ac terras camposqve liqventes,
Lucentemqve globum lunæ titaniaque astra,
Spiritus intus alit: totamqve infusa per artus
Mens agitat molem, et magno se corpore miscet.

Nec non in *Georgicis*:

- - - - Deum namque ire per omnes
Terrasqve, tractusqve maris cœlumque profundum.

Huc facit illud *Æschyli*:

Ζευς εϛιν αιθηρ, ζευς δε γη, ζευς δ'ουρανος,
Ζευς τοι παντα.

uti et hoc *Lucani*:

Jupiter est, qvodcunque vides, quocunque moveris.

Cæterum habuerunt etiam Græci, qvod cum Borealium Fonte cœlesti, *Vrdarbrvnnr*, jure componas; *bina* nempe *dolia* in domo Jovis, ex qvibus qvævis prospera et improspera in homines ex arbitrio Jovis deriventur; diserta sunt in hanc rem *Achillis* apud *Homerum* verba, Il. ω. 327-28.

Δοιοι γαρ τε πιθοι κατακειαται εν Διος ουδει
Δωρων, οια διδωσι, κκκων, ετερος δε, εαων; et seqv.

Sacerrimum hunc in coelo locum, et hominibus maxime venerandum, in qvo qvip-

pe omnia hominum bene vel male facta a diis dijudicantur, et unde mundani eventus omnes, sive læti sive tristes, attemperati in regiones sublunares ex mente veterum dimanant, Christo poëta, prius ethnicus, nunc Christianus, sedem assignavit, antiqva novis commiscens. *Ramr*, adj. *validus*, *potens*; hinc verbum ek *remmi*, *firmo*, *adfulcio*; unde, at nedramme en Pæl, i. e. *palum in terram firmiter defigere*, danice etiamnunc dicimus; boreales hæ voces cum gr. ρωννυμι, *roboro*, unde ρωμη, *robur*, aliqvid cognationis habere videntur: *hann hefir sik remdan lavndvm*, ɔ: *terris se firmatum reddidit*. *Bavnd*, gen. *banda* pl. *divi*, *numina*, vox est poëtica; vid. *Fragm. I. Höstlangœ*, *Str. IV. nott.* Divos hic intelligit poëta *Angelos* et *Sanctos*, qvos suo tempore Roma Papalis venerabatur; horum *principem* s. *regem*, *ròms banda konvng*, *Christum* appellat.

Præter continuum istud Thorsdrapæ Fragmentum, qvod XIX strophis constans in anteriore hujus opusculi parte jam su-

mus interpretati, VI. illa minora fragmenta poëtæ nostri in Edda Snorriana visuntur, qvorum tria priora, videlicet haud inficianda Thorsdrapæ frustula, ostendunt, ut supra monuimus, hujus poëmatis, etsi tantum supersit, haud exiguam tamen partem intercidisse. Fragmentum IV. et V. videntur esse segmina epicedii, viro illustri in gratiam affinis dicti; de qvo nostram supra conjecturam in medium proposuimus. VItum et ultimum fragmentum, qvoniam Christum diserte laudat, qvin ex Hymno in Christum sit reliqvum, nullum fere dubium relinqvitur. Raro igitur nostro poëtæ contigit exemplo, ut, qvi Thorum junior, senior Christum carmine celebraverit. Qvotqvot igitur ab Eilivo hoc fragmenta nunc supersunt, ad tria carmina sunt referenda, nimirum 1, *Thorsdrapam*, 2. *epicedium principis ignoti*, et 3, *Hymnum in Christum*. Plura Gudrunidæ nostri in Edda et Skalda non reperiuntur.

Exstant vero, cum in *Appellationibus Christi Eddicis*, tum in *Tractatu Olavi*

Albipoëtæ de Figuris Prosodicis, qvi Skaldæ vulgo accenseri solet, alius *Eilivi* fragmenta, cui bis additur cognomen *Kulnasveinn*, ter vero suppresso cognomine *Eilivus* tantum vocatur. Cognomen illud huic poëtæ datum videtur, ut ab Eilivo Gudrunæ filio distingveretur, qvocum alias, utpote cognomini, facile confunditur, præsertim cum uterqve Christi præconia cecinerit. Verum inversa ratione tanta nominis et rei convenientia suspicionem lectori haud levem injicere potuerit, utrumqve *Eilivum* unum eundemqve fuisse poëtam, qvi nunc ex matre, pro more seculi, *Gudrunæ filius*, nunc proprio cognomine *Kulnasveinus* sit dictus; haud secus ac supra laudatus Skaldæ auctor *Olavus*, qvi sub *Valdemaro IIdo* s. *Victorioso* Daniæ, et *Hacone Grandævo*, ejusqse filio *Magno Legum Reformatore*, vulgo *Lagabætir*, Norvegiæ regibus floruit, nunc *Olafr þordarson*, *Olavus Thordi filius*, nunc proprio cognomine *Hvìtaskald*, *Albipoëta*, a scriptoribus vocatur. Hanc tamen opinionem,

utut satis plausibilem, nemini invito obtrudere volo; nec diffiteor, qvantum ex paucis, qvæ a Kulnasveino sunt reliqva, perspicere nobis datum, illum, et colore dictionis, et spiritu poëtico a Gudrunida differre. Illud etiam observetur oportet, qvod, cum *Gudruniden Catalogus Poëtarum* memoret, *Kulnasveini* mentione omnia ejusdem exemplaria, qvæ ego qvidem viderim, prorsus careant. Utriqve, qvod mireris, accidit, ut nec in *Landnàma*, s. *libro Originum Islandiæ*, nec in aliis monumentis historicis, qvantum mihi constet, aut meminisse nunc liceat, ullum sui reliqverint vestigium. Neutrum igitur Islandum, sed utrumqve, modo revera duo fuerint, Norvegum fuisse poëtam non dubito, qvamvis utriusqve carmina, memoriter primum conservata, in Islandiam transierint. Cum Thori præconia prolixo satis poëmate Gudrunides dixerit, sed, qvod Kulnasveinus res ethnicas unqvam cecinerit, nullum, qvod arguat, indicium supersit, cumqve illa V. qvæ nobis ab hoc restant, fragmenta, non

modo Christum celebrent, sed certa *Novi Testamenti* loca palam alludant, sat rationis habemus, ut Kulnasveinum, modo a Gudrunide sit diversus, hominem fuisse statuamus in religione Christiana natum atqve educatum, et forte sacri etiam ordinis virum; suo enim œvo *Novi Testamenti* lectionem laicorum paucis patuisse, multa sunt, qvæ credere nos jubeant. Qvodsi igitur duos admittas Eilivos poëtas, Christi ambos encomiastas, Eddæqve et Skaldæ meratos, in qva qvidem re dirimenda judicis partes recuso, ad seculum XImum, nisi fallor, uterqve erit referendus; eo tamen discrimine, ut *Gudrunides* natus vergente seculo Xmo, ejusdem finem jam adultus viderit, qvod alibi monuimus, et ad medium fere seculi XImi vitam produxerit; *Kulnasveinus* autem seculo XImo et natus sit, et mortuus, cujus nativitatem ad *Olavi Sancti*, obitum vero ad *Olavi Kyrrii* s. *Tranqvilli* imperium, vel ad ejus filii et successoris *Magni Nudipedis* initia, non male forsitan, ut in re incerta, retuleris.

Qvod, cum de Gudrunide aliunde constet, ne de Kulnasveino gratis dixisse videar, unicum credibilitatis argumentum subjiciam. Snorrius nempe Sturlæsonius et Olavus Albipoëta, viri non antiqvæ modo poëseos, verum omnis qvoqve literaturæ borealis peritissimi, qvi seculo XIII. ambo vixerunt, qvoniam Kulnasveinum nostrum inter *veteres poëtas*, *fornskàld*, numeraverunt, qvorum carmina junioribus poëtis proponuntur, magna utiqve cum verisimilitudine credi poterit Kulnasveinus supra laudatos Eddæ Skaldæqve scriptores duobus admodum seculis, vel saltem sesqviseculo, antevertisse. Verum nunc ad V. hujus poëtæ fragmenta, qvæ ex unico *in Christum Hymno* sunt desumta, progredimur.

Fragmenta Carminum *Eilivi Kulnasveini* ex Edda Snorr. et Skalda.

Fragm. I.

Ex Appellationibus Christi.

Hròſs lytr helgvm kroſsi
heims ferd og lid beima
savnn er enn avll dyrd avnnvr
ein Mario sveini.

Dan.

For priſeligt og helligt Kors
ſig bukker
Al Himlens Hær, og Menne-
ſkenes Skarer;
Enhver desuden anden Ære
Mariæ Søn med Ret tilkom-
mer.

Redigo: Heims ferd ok lid beima lytr helgvm hròſs kroſsi; avll dyrd avnnvr ein er enn savnn Mario sveini.

Interpretor: Laudandam, sanctam Crucem prona venerantur agmina coelestia, mortalesqve turmæ; gloria porro qvælibet alia Mariæ filio vere est propria.

Heimr, 1, *mundus*; 2, poët. *coelum*, idem qvod *himin*, secundum appellationes coeli Eddicas. *Ferd*, dan. Færd, 1, *iter*, 2, *comitatus*, *agmen*; *lid*, *exercitus*, *turma*,

item *auxilium, suppetiæ. Beimi, vir*; gen. pl. *beima.* Verbum *ek lyt*, dan. jeg luder, *incurvo me, flexo et procurvo corpore honorem exhibeo. Hròs*, gen. *hròfs, laus*, dan. Roes. *Dyrd, gloria, cultus religiosus. Sveinn*, 1, *puer*, 2, *juvenis*, 3, *famulus*, 4, *filius*; huic respondens foemin. *svanni puella*; utraqve vox *tenellum (am)*, *gracilem* notat, a verbo *ek svinn*, dan. svinder, *decresco, macesco*; hic *Mario sveinn, Mariæ filius* est *Christus*. Hoc hemistichium Edda Snorriana Eilivo Kulnasveino diserte adscribit.

Fragm. II.

Ex eodem Eddæ Snorr. loco.

Hird lytr himna dyrdar	ɔ: *Gloriosæ coelitum aulæ satellites*
hrein Mariv sveini.	*Sancti Mariæ filium proni venerantur.*
Màtt vidr milding dròttar	*Virtute gaudet vere divina*
Madr er hann ok gvd sannan.	*Rex hominum; qvippe deus et homo.*

Dan.	
Vagthavende i Herligheden Himmel,	*Redigo*: Hird hrein
De rene (Aander) sig for Mariæ Søn nedbøie;	dyrdar himna lytr Mariæ sveini; milding dróttar
Sand (Guddoms) Magt	vidr (*pro* vinnr) mátt
Menneskers giæve Regent	sannan; hann er madr ok
Som Gud og Menneske besidder.	gvd.

Hird, *satellitium*, *custodia*; a verbo *ek hirdi*, *servo*, *custodio*; *hreinn*, adj. *purus*, *integer*, *sanctus*; dan. reen. *Dyrdar himin*, *coelum gloriæ* s. *gloriosum*. *Milding* (*mildingr*), poët. *princeps*, *rex*, proprie *mitis* et *munificus*; ab adj. *mildr*, dan. mild, *clemens*, *liberalis*. *Dròtt*, *coetus hominum*, *agmen*, gr. *αγημα*; a verbo, *at draga*, dan. at drage, *ducere*, *trahere*; *vidr*, poëtice et obsolete pro *vinnr*, a verbo *ek vinn*, dan. vinder, *vinco*, item *ago*, *exerceo*. *Màttr*, dan. Magt, *potentia*, *virtus*; *sannr*, adj. dan. sand, *verus*. Duo ista hemistichia, qvæ *Crucis* et *Christi* laudes alternant, in verbis et sensu adeo sunt consona, ut intercalares Hymni versus facile agnoscas.

Utrumqve palam indigitat classicum *Pauli* in *Epist. ad Philipp. Cap. II. v.* 10 et 11. locum, qvo *ad nomen Jesu omne coelestium, terrestrium et infernorum genu flecti, et omnem lingvam, Jesum esse dominum, ad gloriam dei patris, confiteri,* jubet Apostolus.

Fragm. III.

Ex eodem Eddæ Snorr. loco.

Màttr er enn menn ofhyggi o:
mætr gvds vinar betri.
Þò er engla gramr avllv
avrr helgari ok dyrri.

Dan.
Denne Guds Ven saa kostelig
Det bedre formaaer, end vi kan tænke;
Dog Englers gavmild' Konning er
Jaltmere hellig og dyrebar.

Potentiam habet dei amicus insignem,
Et nostra opinione prœstantiorem;
Munificus tamen angelorum rex sanctior,
Et per omnia est augustior.

Redigo: Màttr mætr gvds vinar er betri enn menn ofhyggi; Þò er avrr gramr engla avllv helgari ok dyrri.

Mætr adj. *æstimabilis, eximius*; a verbo *ek met, metior, æstimo*; *hyggi*, et *ofhyg-*

gi, tert. pers. pl. præs. conjunct. act. a verbo, *ek hygg*, *cogito*, *opinor*; a subst. *hvgr*, *mens*, *animus*; dan. Hu. *Avrr* adj. *largus*, *liberalis*. *Gramr*, nomen et appellatio *regis* Eddica. *Dyr* adj. compar. *dyrri*, *pretiosus*, *carus*, *venerabilis*, *augustus*. Priores duo hujus fragmenti versus, vel *Michaelem Archangelum*, vel Apostolorum qvendam principem, scilicet *Petrum*, *Paulum* aut *Johannem*, vel forte *Olavum Sanctum*, indigetem qvondam Norvegiæ et totius Septentrionis divum, collaudare videntur; qvem tamen poëta, sive angelum sive indigitem, qvicunqve is demum fuerit, Christo in omnibus inferiorem dicit. Si *Olavum Sanctum*, *dei amicum*, eximia miraculorum virtute post mortem spectábilem, hic innuat Eilivus, isthunc *in Christum Hymnum*, cujus omnia hæc Kulnasveini fragmenta sunt partes, cecinisse credi potest sub Olavi Sancti, vel filio *Magno Bono*, vel fratre *Haraldo Imperioso*, vulgo Haardraade, qvorum ille ab anno seculi XImi 35 ad 47, hic ab anno 46 ad 66

Norvegis imperitavit. Fragmentum Imum Kulnasveino, ut supra monuimus, *Edda* in *Christi Appellationibus* palam tribuit; eodem hoc loco fragmentum IIdum, et illud porro IIIum nullis intermediis cum excipiat, hac formula verborum: *oc enn, sem Eilifr qvad*, ɔ: *et porro, ut cecinit Eilivus*, qvin duo seqviora fragmenta, ejusdem, ac Imum, sint poëtæ, nempe *Kulnasveini*, etsi cognomine, ex superiore repetendo, bis intermisso, et ejusdem carminis, nimirum nostri *in Christum Hymni*, sint partes, et nexus loci citati, et commune trium fragmentorum argumentum, Christi scilicet laudes, ambigere nos vetant.

Fragm. IV.

Ex eodem Eddæ Snorr. loco.

Hifins dyrd havlda lofar	ɔ: *Terrigenarum principem gloriosi*
hann er allz konvngr stilli.	*Collaudant coelites, qvippe omnium potentem.*

Dan.

Ham, Verdens Allherre, Menneskers Konge,	*Redigo:* Dyrd hifins lofar havlda stilli; hann er
Hvad herligt Himlen har, beundrer.	allz konvngr.

Hifins metri causa, pro *himins*, ut τῳ *lofar* consonaret, reposui, ab *himin*, *coelum*. *Ek lofa*, *laudo;* unde dan. Lov, Lovsang, *laus*, *encomium*. *Havldr*, gen. plur. *havlda*; *colonus prædiatus*, s. qvi bona allodialia possidet ac retinet; a verbo *ek held*, *teneo*; dan. jeg holder, beholder; hic simplex *viri* s. hominis *nuncupatio poëtica*. *Stillir*, *coërcitor*, *dux*, *princeps*; poëtice *rex*; a verbo *ek stilli*, *sisto*, *compesco*; dan. jeg stiller. Verba, *hann er allz konvngr*, i. e. *ille rex est omnium*, dan. Han er alles Konge, ulterius explicari non egent. Pro priore hujus fragmenti versu, *Himins dyrd lofar havlda*, qvæ lectio omnibus, qvæ vidi, Eddæ Snorr. exscriptis chartaceis, atqve adeo utriqve membranæ est communis, qvoniam in leges poëticas, ab omni ævo receptas impingit, levi mutatione, *hifins dyrd havlda lofar*, restitui. Hoc iterum distichon in Appellationibus Christi Edda Snorriana Kulnasveino expresse tribuit.

Fragm. V.

Ex Olavi Albipoëtæ de Figuris Tractatu.

Bàrv mæt à mòti
màlmþings vidir pàlma
sveit hràvd seggia bæti
sorg er hann kom til borgar.
Sva ladar siklingr skyia
sin hiarta til biartir,
þà er fyrda gram færa
favgvr verk med trù sterkri.

Dan.

Det brave Folk, med Palmerne i Haand,
Kom ham i Møde; hos gilde Mænd
Al Qvide Afkeed fik, da han
Til Staden drog, den Menneskers Forbedrer.
Saa Skyers Konge dem tilbyder
Sit Hiertes Huldskab, brødefrie,
Som denne Jordens Himmelherre
Med yndig Daad og stadig Troe vil møde.

Redigo: Màlmþings vidir bàrv pàlma à mòti seggia bæti, er hann kom til borgar; mæt sveit hravd sorg. Siklingr skyia ladar sva til sìn, þà er hiarta biartir færa fyrda gram favgvr verk med sterkri trù.

Interpretor: Ei, qvi homines reddit meliores, palmas obviam viri tulerunt, ad urbem pergenti; coetus egregius pepulit dolorem. Ita nubibus imperans ad se allicit homines, qvi corde puro pulchra opera cum fide firma huic hominum principi offerunt.

Vidr, pl. *vidir*, subst. masc. *lignum*, *arbor*; dan. Ved, et in compositis Vedøxe, *secu-*

ris lignaria, Vedstabel, *strues lignorum*. *Màlmr*, *metallum*, dan. Malm; hic synecdochice *ferrum*; et illud iterum metonymice *telum qvodlibet*; *þing*, *conventus forensis*, dan. Ting; igitur *màlmþing*, *telorum comitium* s. *litigium*, poëtice *prælium*, *pugna*. Nimirum juxta poëtica veterum Bor. præcepta homines qvibusvis arborum nominibus appellari poterant, viri masculinis, foemineis vero mulieres, adjecta tamen semper qvadam hominis proprietate. Qvoniam igitur telis pugnare virilis est affectio, *màlmþings vidir* hic nihil aliud, qvam *viri*. Ista hominis a ligno nuncupatione palam respicitur ad mythicam hominis originem, qva primi homines mas et foemina, *Askr* et *Embla* nominati, ex lignis, in litus e mari ejectis a diis formati perhibentur, vid. *Edd. Resen. Fab. VII. Askr* et *embla arborum* sunt in lingva prisca boreali *nomina*, qvorum prius in dan. Ask et Askætræ adhuc superest; in his qvidem primorum hominum nominibus Mosaicum איש et אדם latere aliqvando suspicatus sum. Utcunqve

res sit, prodit arctoa hæc fabula, mythicæ qvarundam in Asia gentium Antropogoniæ prorsus consona, traditionis de Noacho reliqvias, qvi ex arca lignea cum familia egressus, communis humani generis post deluvium parens et reparator exstitit. *Pàlmi*, *palma*, dan. Palmetræ; *seggr*, poët. *vir*, *homo*; *seggia bœtir*, *qvi homines corrigit redditqve meliores*, item *hominum redemtor*, *servator*, *Christus* vocatur; *bœtir*, verbale, ab *ek bœti*, *resarcio*, *melius reddo*; dan: jeg bøder, forbedrer. *Borg*, *oppidum*, *civitas*; hic *urbs Hierosolyma* intelligitur. *Mœtr*, adj. *egregius*, de qvo alibi; *sveit*, *cohors*, *comitatus*; gall. *suite*. *Hravd*, imp. verbi, *ek hryd*, *pello*, *abigo*; dan. jeg rydder, bortrydder. *Siklingr*, *rex*, poët. *siklingr skyia*, *nubium rex*; princeps scilicet coelipotens est *Christus*. *Ek lada*, *invito*, *allicio*, *attrato*; germ. laden, *invitare*; *til sìn*, *ad se*. Utrumqve Cod. Wormiani apographum, qvod mihi ad manus, scribit: *sins hiarta til*; qvod latine sonaret, *ad suum cor*, scil. invitat; qvod etsi

dan. tilbyder sit Hiertes Huldskab, reddiderim, ista tamen lectio mendi mihi est suspecta; et vocem *hiarta*, non ad præpos. *til*, sed cum adj. *biartir*, construendam existimo. *Biartr*, adj. *lucidus*, *serenus*, *sincerus*; anglosax. *biarth*, isl. *birta*, *lumen*; angl. per antithesin *bright*, *clarus*, *illustris*. Vox ista etsi in communi Danorum et Germanorum sermone nunc obsoleverit, in nominibus tamen propriis, qvæ in *bert* vel *brecht*, terminantur, ex. gr. *Adalbert*, *Robert*, *Albrecht*, etc. adhuc superest; *hiarta biartr* adj. *corde serenus*, *integer*, *purus*. In versu hujus strophæ penultimo, pro *þeir er f. g. f.* qvod Wormiani Cod. habent exscripta, in Codice enim Reg. hic Tractatus non invenitur, *þà er f. g. f.* sensus ergo reponendum esse non dubito. Verb. *ek færi*, *adfero*, *offero*; dan. jeg fører. *Gramr*, *regis* antiqvi apud Saxonem et in Eddis, nec non hodieqve in Dania satis freqvens *viri* nomen proprium; hic poët. *rex*; *fyrdar*, s. *firdar*, *viri* poët. *fyrda gramr*, *hominum rex*. s. *princeps* est

Christus. Adj. *fagr*, *pulcher*, *elegans*; dan. olim fager, nunc faver; angl. *fair*; *favgvr verk*, *pulchra facta*; nempe qvæ Theologi *Bona Opera* dicere qvondam sunt soliti; *sterk trù*, *fides valida*, *firma*; dan. stærk Troe. Cuivis perspicuum arbitror, in priori hujus strophæ parte, ultimum Christi ante passionem in urbem Hierosolymam introitum celebrari, qvo eidem circumfusa populi multitudo honoris ergo viam, qva pergebat, ramis orborum instravit, id qvod luculentis Evangelistarum, *Mathæi*, *Cap. XXI. v. 8.* et *Johannis*, *Cap. XII. v.* 13. constat testimoniis. Hæc stropha in libro citato tribuitur *Eilivo*, cognomine tamen non apposito; verum cum metro, dictione et argumento, qvatuor præcedentibus *Kulnasveini* fragmentis congruat, qvin eidem, ac illa, auctori sit adscribenda, nihil est qvod dissvadeat. Figura, ad qvam exemplo illustrandam hanc Eilivi stropham attulit auctor, *Exegesis* s. *Epexegesis* vocatur; mendi enim monstrum, qvod habent Codicis Wormiani apographa,

non moramur, ex qvo vel unico liqvet, qvod librarii, a qvorum manibus sunt hæc apographa, rudes fuerint, vel qvod ille potius, qvi *Membranam* scripsit *Wormianam*, ut illiteratus homo, vocem peregrinam, qvam ipse non intellexit, corrupte scripserit et vitiose. Nec illud deniqve dissimulandum, qvod sint qvidam, qvi hunc de *Tropologia Tractatum* Olavo Albipoëtæ abjudicaverint, qvos inter Celeberrimus *Arnas Magnæus*, magni nominis Antiqvarius, et de omni literatura boreali meritissimus, fuisse olim perhibetur. Etiamsi autem parum sit jucundum a tanto viro dissentire, utriusqve tamen sententiæ momentis rite ponderatis, vix sat rationis habebis, cur illius hac qvidem in re auctoritatem pristinæ, qvæ hunc de Figuris Poëticis Tractatum Albipoëtæ tribuit, famæ et opinioni anteponas; conferri merentur, qvæ de his *Finnus Johannæus* in *Hist. Eccles. Island. T. I. Per. II. Sect. I. §. 19. not. a.* pro more suo erudite scripsit, ejusmodi rerum, siqvis alius, censor idoneus.

LECTIONES VARIÆ.

Ad Thorsdrapæ Fragm. majus.

Str. I. *Cod.* w. fiorniotz. *Cod.* r. hvetia. w. hveria. r. et w. var. *Cod.* t. vard. w. logsemis w. grænar. w. veggiaz. w. geirradar.

Str. II. r. w. gongv. t. gavngv. r. w. gamleid. w. skommvm. w. fystvz. r. fyrstvz. r. þorns. w. þoins. w. þau giardvendi. w. gandviks. r. ymsa kindar. w. ymsa landa.

Str. III. w. gerr. r. görr. t. geirr. w. farmr. r. farms. w. happs. r. hafsz. w. rognir. r. grvnnstravma. r. mann telir. w. halla. w. manntæler hallar. w. apnis — gopnvm. t. spenda.

Str. IV. w. gangsvanir. r. gagnsvanir w. torgv. r. w. kom. t. kvam. w. þà bolqveiter. r. þà er bavlqveitir. w. bragmildr. r. grimnis w. grifnis. t. màgi.

Str. V. t. varro. w. fetrvnar. w. hagli olltnar. r. hiallti (v. hiagti) oltnar. t. oltrar. w. vidgavpv. r. stavckvir. w. stocki. t. stafleidar. w. þà er æitri. r. þà er eitri. t. þiotz þà er æitir. w. æst. t. æstri.

Str. VI. w. bvr. r. byr. w. hvelvölr hallar. r. hvælvolor halar. t. hadvolr. r. w. hàfskotnadra svàfv.

Str. VII. r. ser. w. let, *forte pro* leit. r. w. herdir, *rectius puto* herdi. w. hall landz. r. hallandz. t. gatat mar. r. gatar madr. w. gatad madr. r. hinn neytri. w. enn næyti. r. lætr. w. let. w. þors. r. þoms, *utrumqve pro* þorns. r. w. mavrnar, *pro* niavrnar s. niarnar.

Str. VIII. w. vikinga. t. sverdrvnn at. r. sver-

drvnnar. w. sverdrvnnid. R. w. feng vnnar. T. fet gvnnar. R. w. herdi. T. herda. R. kyqvu. w. kvika.

Str. IX. w. seilhimin. R. solhimin. w. ad-ostali. R. stöþhnisv. w. stophisv.

Str. X. R. à iàrn. w. akarn. w. qvidivndvm. R. rastar palli. w. ògndiarsan R. ògndiarsa. R. eids firdar. w. eids fiardar. T. eids ferdar. R. w. skalfa; *sed ex fragm. II. reidr stòd ravskv brödir etc.* R. w. skelfra.

Str. XI. w. gridv. R. gerdv. R. bordz. w. börs. w. hardgleifnis kyn. R hardgleypnis dyn. T. hriodvdr. w. hriodrvdr. R. hriodendr. R. w. skyldbreta. T. skyldbretia, *et* skyldbrota. w. skàl eik. R. skler eik.

Str. XII. w. kòlgv. R. kolga. R. ivo. w. i vo. R. fvnristis. w. fvnristil. w. vtves. R. vt vos.

Str. XIII. R. w. þeirs, *pro* þars. w. bersa. R. hersa. T. hellis. R. hellir, w. hell. R. hrinbalkar fram gingv. w. hrimb. f. gengv. T. hreinb. f. geingv. R. w. listi. R. fridr. w. fedr. T. ferdr. R. fridsein — hreini. w. frid sem — kremi T. ferdsein. R. hlodr, *pro* hlavdr. w. hlædr. T. gneypan. R. w. greypan. R. w. gran hött.

Str. XIV w. himin. R. himni. R. fylvingvm. w. fylungvm. w. þer vid. R. þar vnd. R. sòlar. w. solir. R. þùngv. w. þrùngv. w. hofstiòri. R. hvfstiori. T. hvaro. R. vafreyda. w. uafræyda. R. hlatr. w. hatr. w. hvndfornank, sprundi. R. horn fornan kiol sporna.

Str. XV. w. frædi. R. frodi. w. merar. R. mærar. R. w. legs. T. leygs. w. almtavgar. R. almtogar. w. segi. R. sogv. w. odins a. sondvm. w. attnidr. R. w. i gin.

Str. XVI. R. hradskyndir. w. *tantum* skyndir. w. hrappmvnnar. R. þrvngvar. w. þrongvar. w. avrþrasis esiv. R. avr þvrsis eisv. R. w. as hrimnis.

Str. XVII. w. holl. R. vnd. w. vndir. w. fornan. R. fornar. R. þvrnis. w. þrasis. R. w. gvlli. R. iotrs. w. iotr. R. w. vegtavgar. R. w. meina. *Fragm. I.* nema. R. w. 'mez — nezv. R. bigyrdil. w. bygirdil.

Str. XIIX. w. giörva. w. dræyrgvm. R. w. salvava nid. T. sölva nid. R. syniar. w. svina. R. tyvi. w. tyni. R. tollor. w. tollvr. R. w. beiti. R. recka. w. ecka.

Str. XIX. R. hel blòtin. w. hes blotin. w. vnd, *pro* vnda. R: vndir. w. at alfi. R. af alfi; *al exscr.* afli. R. valrygar. w. valrygir. R. màtv. w. mattv. w. R. aldar. R. *al. exscr. eldar*, T. eldr. R. ellv steins. w. elli steins.

MENDA NOTABILIORA.

Pag.	9.	lin.	21.	pro	Hmmelen.	lege	Himmelen
—	35.	-	14.	-	fardeplis	-	fiardeplis
—	41.	-	24.	-	Jætters	-	Jætternes
—	50.	-	22.	-	vcula	-	vincula
—	57.	-	13.	-	propriæ	-	proprie
—	62.	-	1.	-	*præluim*	-	*prælium*
—	65.	-	24.	-	*impetedni*	-	*impetendi*
—	70.	-	24.	-	Xmi	-	IXni •
—	73.	-	1.	-	*gonner*	-	*gunner*
—	73.	-	2.	-	olim	-	nunc et olim
—	78.	-	23.	-	1, dan. Vej	-	1, *via*, dan. Vej
—	93.	-	13.	-	þ*orn*, sesse	-	þ*orns*, esse
—	119.	-	4.	-	נקבה	-	נקבה
—	119.	-	17.	-	*Cymbri*	-	*Cimbri*
—	122.	-	24.	-	Cod. Regii	-	Cod. T.
—	143.	-	12.	-	candeus	-	candens'
—	139.	-	16et17	-	in-sensu	-	in sensu
—	182.	-	16.	-	negatia	-	negotia
—	190.	-	5.	-	Gudrunida	-	Gudrunide
—	191.	-	11et12	-	meratos	-	memoratos.







